Respondeo dōz q̄ vna nūero notio ē p̄ris ⁊ filij fz q̄ pn̄m spūs sci dīr:vt dr̄ i lr̄a.Cuius rō ē.qz distinctōez rez̄ fz formā aliquā n̄ iuenim' nisi dupl'r.Uno' fz q̄ aligd cōe distīguit ꝑ ples rōnes spāles: sic rō gn̄is distīguit i ples spēs.Alio' fz q̄ nā spālis distīguit i pla fz nūez̄.Dic ār sc̄os mod' nō ꝑt eē in dīnis duplici rōne.Prio qz multiplicatio fz nūez̄ vni' spēi n̄ ē ex aliq̄ formali adiūcto:sz ex mālī pn̄o' diso:qz rō spēi spālissime ꝯstituit ꝑ aduēnū vltīe for' ꝯstitutīe.mā ār n̄ ē in dīnis duplici rōne.Prio qz multiplicatio fz nūez̄ vni' spēi n̄ ē ex aliq̄ formali adiūcto:sz ex mālī pn̄o' diso:qz rō spēi spālissime ꝯstituit ꝑ aduēnū vltīe for' ꝯstitutīe.mā ār n̄ ē in dīnis.z̄:qz nā spāl'r n̄ mltiplicat' nisi fm eē qō i diuersis hz: qz tota gditas ꝯpleta ē i spē.In dīnis ār n̄ ē nisi vnū esse. vn̄ n̄ ꝑt eē q̄ aligd dcm̄ fz spālē rōnē i dīnis nūero mltiplicet'.Relingť igr̄ q̄ gcgd ē i dīnis:vl'r remāeat idistīctū ⁊ vnū nūero:sic nā cōis trib' psonis. vel bēat rōnē cōem distīguibilē fm ples rōnes spāles:sic rel'o cōis ē trib';nō tn̄ vna nūero rel'o:sz alia ⁊ alia:ēt fm rōnē spālē distīcta. Cū igr̄ cōis spiratio nō̄et spālē rōnē pncipy fz spālē mōz origis:ipol'e ē q̄ sit nisi vna nūero in p̄re ⁊ filio.

Ad primū igit' dōz q̄ in creaturis suppōsita distīcta sūt ꝑ eē:⁊ iō ꝓpetates ipsoꝝ ēt fm eē distīguunť:sz in dīnis suppositis ē vnū eē.vn̄ ⁊ ꝓpetas nō ꝑōt mltiplicari fz eē sz solū fz rōnē ꝓpetatis spālem.

¶ Ad scōz dōz q̄ fz idē;nō ꝑt eē aligd vniēs ⁊ distīguēs ⁊ respectu eiusdē.vn̄ cōis spiratio distīguit p̄rez a spū scō sz vnit filio. ¶ Ad 3m dōz q̄ fz Aug.s̄.dist.20.fz rel'ones origis nō attēdiť eq̄litas vel ineq̄litas:⁊ iō ex ꝑ q̄ ꝑ ꝯuenit cū filio i aliq̄ notiōe nō dr̄ magis vnū eē cū eo q̄z cum spū scō:sz solū in plib'. ¶ Ad q̄rtū dōz q̄ ꝓpetas relatia q̄tū ad eē qō hz ꝓximi' se hz ad suū suppositus q̄z ad id ad qō dr̄.vn̄ si esset ibi variatio fm esse ꝑ hret a suppositis:sed fm rōnez rel'onis dr̄ ad aliud.⁊ iō distīguit spālis ratio relationis fm q̄ ad aliud ⁊ aliud referť.

¶ Utꝝ p̄r ⁊ filius sint vnū pncipiū spūs sci.

Ad quartum sic ꝓcedit.vr̄ q̄ p̄r et fili' nō sint vnū pncipiū spūs sci. Si.n.vnū sūt pn̄m aut vnum qō est p̄r aut vnū qō nō ē p̄r.si vnū qō ē p̄r.g̃ fili' ē p̄r:qō falsū ē. si vnū qō nō ē p̄r. g̃ p̄r nō ē p̄r: qō iterū falsū ē.g̃ nullo' sūt vnū pncipiū. ¶ ℙ.ō p̄re ⁊ filio ⁊ spūi scō ex eo q̄ sūt vnū pncipiū creature dicim' q̄ sūt vn' creato:sz nō dicim' q̄ p̄r ⁊ fili' sūt vn' spirato:. g̃ nō sūt vnū pncipiū spūs sci. ¶ Itē vnitas cā ē identitatis:sz p̄r ⁊ fili' nō dīr idē pncipiū spi.sci.g̃ nec vnū.

Contra sic supra habitū ē.In oīb' p̄r ⁊ fili' vnū sūt in qb' nō distīguit rel'onis oppō: ⁊ in qb' ꝑ de illo dr̄:sz fili' ē pn̄m de pn̄o g̃ p̄r ⁊ fili' sūt vnū pncipiuz. ¶ ℙ.vni' rei vnū ē pn̄m sz spūs scūs ē vn'.g̃ vnū ei' ē pn̄m.

Respondeo dōz q̄ fz oēs p̄r ⁊ fili' sūt vnū pncipiū spūs sci q̄ spñ scīm ab vtroq; ꝯsitent ꝓcedere.Sz circa ꝑ ālīter dicať sunt diuerse opiones.Quidā.n.dīt q̄ vnū nō designat nisi vnitatē ꝓprietātis:qz sic se hz p̄r ad spīm scīm vt spirās:ita ⁊ filius. Sed istud nō sufficit:qz fm vnitatē ꝓprietātis ēt ꝯueniūt p̄r ⁊ filius in rōne suppositi:⁊ tn̄ nō dicimus eos eē vnū supposituz.Et ideo alij dicūt q̄ vnū dicit vnitatez nature:q̄ videnť inniti auctoritati Anselmi q̄ dic̄ q̄ p̄r ⁊ fili' spirāt spūz scūz inquātuz vterq; eoꝝ est de'. Sz nisi aligd pl's dicant:ab vnitate pncipy notionaliter dicti nō excludereť spūs scūs:qui nō excludiť ab vnitate nāe.Et iō alij dicunt q̄ dicit vnitatē notiōis:⁊ istud videť eē cōueniens: qz in substātiuis noīb' vnitas ⁊ pluralitas attendiť fm vnitatez ⁊ pl'alitatē forme significate.vn̄ dicim' vn' de' ꝓp vnitatē diuīe nāe.forma aūt quā significat ꝑ nomen pncipiū fm q̄ psonal'r sumiť est ipsa notio vl' ꝓpetas:sic ꝑ nomen p̄r significat p̄rnitatē.vn̄ ad vnitatez notionis sequiť vnitas pncipy.Pōt nihilomin' dici vt saluēť dictuz Ansel.q̄ significat vnitatē in potētia spiratiua q̄ dicit nāz diuīnā sub ratiōe talis ꝓprietatis q̄ ē pncipiū operationis psonalis:vt supra dictum est.

Ad primum igit' dōm q̄ ista diuisio aut sūt vnū qō est pater:aut sunt vnū q̄ nō ē pater nō ē per ȝdictoria.vn̄ vtraq; falsa est.Sz ꝑ va:nō sūt vnū qō est pater tn̄:sed sunt vnū qō est pater ⁊ fili':sicut sunt etiā vn' de' q̄ est pater ⁊ fili'. ¶ Ad scōz dicēduz q̄ quāuis dicanť vnū pncipiū spūs sancti:nō tn̄ dicunť vn' spirans vel vn' spirato:qz hȳ distīctiones ponunť ab actibus:q̄ semp significāt vt adiacēter:⁊ in talib' nō attendiť in cōsignādo pl'aliter pl'alitas forme significate: sed suppositoꝝ. vt supra dictū est.16.dist. Sz ō creatione nō est silis rō ⁊ spiratiōe.qz spiratio ꝑrigit distīctiones in suppositis.vn̄ ē aliquo mō a plurib' suppositis inquātū distīcta sunt:cū sit operatio psonalis: sed creatio ē opus eēntie diuine.vn̄ est opus suppositi indistīcti prout eēntia significat id qō est.vt ꝑ nomine de'.⁊ iō sicut pater ⁊ filius dicunť vnū qō est vn' deus: ita ⁊ vnus creato:nō tn̄ creans vn':qz participiuz est adiectiuuz. ¶ Ad tertiū dōz q̄ nō ꝓcedit cōiter q̄ sint idē pncipiū:qz rōne articulationis icludiť vnitas suppositi:sic ēt supra magr

dixit q; de⁹ nō genuit se deū nec aliū deū: quidam tñ dicunt q; filiꝰ ꝛ pr̄ sunt idē ōs: ꝛ sūt idē p̄n̄ᵐ: eo q; ly idez est adiectiuū ꝛ nō ponit idētitatē absolutaz sz respectu eius cui adiungit. ꝛ p̄m ꝫ pōt ꝓcedi q; sunt idē p̄ncipiū.

¶ Expositio textus.

Pater est p̄nᵐ totiꝰ deitatis) Ur̄ eē falsū qz aut dīnitas sumit̄ p eēntia dīna aut p p̄sonis. Si p p̄sonis sic nō ē p̄nᵐ totius dīnitatis. i. oiuz p̄sonarū cū nō sit p̄nᵐ sui ipsiꝰ. si p eēntia vr̄ falsū: qz nō ē p̄nᵐ eēntie. Et pterea totalitas exigit aliquā distictōez ī ptibꝰ. ī eēnª ãt nulla ē dist.

¶ Rñdeo dōm q; vtroq; modo accipi pōt. Si enim accipiatur p̄o essentia tunc totum non dicit integritatem partiuz sed perfectionē nāe. ꝛ dr̄ eē p̄nᵐ totius diuinitatis: nō qz deitatē gñet vl̄ spiret: ꝫ qz dīnitatē gnãndo vl̄ spirando cōicat. Ut sit sensus ē p̄nᵐ dīnitatis. i. vt deitas hēaṫ. Sz sic ēt filiꝰ posset dici p̄nᵐ dīnitatis totius: qz ab ipso pfecta dīnitas ē ī spūs scūs: nisi p tãto q; nō p̄m oēm mōz q̄ cōicabil' ē: ꝛ qz ñ p gnãtōez. Si ãt sumaṫ p vniuersitate p̄sōaꝝ tūc planiꝰ ē: qz sic dr̄ p̄nᵐ totiꝰ dīnitat' iquãtū ī oibꝰ p̄sonis dīnis ipse ē q̄si p̄nᵐ a q̄ alie p̄sone fluunt. sic̄ punctuz dr̄ p̄nᵐ totiꝰ linee q̄uis suypsiꝰ p̄nᵐ nō sit. Ur̄ si meliꝰ dr̄ dīnitatis: p tãto meliꝰ. qz deitas dr̄ a do: qō significat p se ꝛ eēntial'r dīnitatē hñtē: ꝫ dīnitas dr̄ a dīno qō ē ōnoīatiuū. Uñ pōt ēt pticipatiōez dīnitatis significare: p̄m ēt q; dr̄ ꝑpetuitas spēꝝ a ꝑbis dīnuz eē. Uñ ad singl'aritatē excellētie ōsignādū magl ꝓpetit nomē dīnitatis q̄z deitatis. (Oēs naturas). i. oēs subas. (Et q̄ nāl'r sunt). i. ꝑpetates ꝛ opatiões nāles. (Cōfiteṫ etiam ꝛc̄.) vult dicere q; ozigo filij ē a p̄n?: vl̄ initio qz a pr̄e: ꝫ qz initiuz pōt itelligi ēt de p̄n?: duratiōis: iō ad excludēduz falsuz intellectū subiungit (Nō ipz ab initio). s. durationis. (Sed ab initiabili). i. p̄n?: initiatiuo s. pr̄e. vñ subiungit. (Quo filiꝰ nō est per seipm). i. a seipso: qz sicut ifra habebit ita est filius per se q; nō a se sed a patre. ꝛ subiungit. Etiam de eternitate ipsius ꝛc̄.

¶ De his que temporaliter de deo dicunt̄ ꝛ relatiue p̄m accidens: quod non deo sed creaturis accidit. ¶ Distinctio. XXX.

Sunt. n. q̄dã q̄ ex tpe de deo dr̄: eiq; tpal'r ꝓueniunt sine sui mutatiõe: ꝛ relatiue dr̄ p̄m accñs: non q; accidit deo: ꝫ q; accidit creaturis: vt creator: dñs: refugiũ datum vl̄ donatū: ꝛ hmõi. De his Aug. i. v. li. d trini. ait. Creator relatiue dr̄ ad creaturaz sic dñs ad seruū. Itē nō aliquē moueat q; spiritꝰ scūs cū sit coeternꝰ p̄ri ꝛ filio: dr̄ tñ aliquid ex tpe: veluti d ipz q; donatū dixim⁹. Nã sempiterne spūs scūs ē donū: tpal'r ãt donatū. Et si dñs nō dr̄ nisi cū hr̄e icipit seruū: ēt ista appellatio relatiua ex tpe est do. Nō. n. sempiterna creatura ē: cuiꝰ ille dñs ē. q̄ dñm eē nō sempiternū hz: ne cogamur ēt creaturã sempiternaz dicere. qz ille sempiterne nō dñareṫ: nisi ēt ista sempiterne famulareṫ. Sic̄ ãt nō pōt eē seruꝰ q; nō hz dñm: sic nec dñs qui nō hz seruū.

¶ Oppositio q; nō ex tpe sit dñs: quia est dñs tēporis q; non est ex tempore.

Sed ꝫ aliqs dicet q; nō ex tpe ꝓpetit do hec appellatio q̄ dr̄ dñs: qz nō ē tñ dñs rer̄ q̄ ex tpe ceperūt: ꝫ ēt illiꝰ rei q̄ nō cepit ex tpe. i. ipsiꝰ tpis. Q; nō cepit ex tpe: qz nō erat añ tps q̄z icipet. Et iō nō cepit eē dñs ex tpe. Ad q; dici pōt: qz licet nō cepit ex tpe dñs eē tpis: cepit tñ eē dñs tpis: qz nō sp fuit tps: ꝛ ipsiꝰ bois ex tpe cepit eē dñs. De ꝫ Aug. in eodē li. continue ita ait. Quisqs extiterit q eternū deū soluz dicat: tpa no nō ee eterna pp varietatē ꝛ mutabilitatē: ꝫ tñ ipsa tpa nō in tpe eē cepisse: qz nō erat tps añq̄z tpa icip̄eret. Et iō nō ī tpe acciderit do vt dñs eēt: qz ipsoꝝ tēpoꝝ dñs erat: q̄ vtiq; nō in tpe eē ceperunt. Quid respōdebit de hoie q in tpe factꝰ est: cuiꝰ vtiq; dñs nō erat añq̄z esset: Certe vt dñs bois esset ex tpe accidit deo. Et vt omnis amoueaṫ cōtrouersia: certe vt tuus dñs esset vel meus qui mō esse cepim⁹: ex tempore habuit. Quo ergo obtinebim⁹ nihil p̄m accidēs dici deū: nisi qz ipsiꝰ nature nihil accidit quo muteṫ: vt ea sint accidentia relatiua: que cū aliqua mutatiõe rerū de quibꝰ dicũtur accidũt: sic̄ amicꝰ relatiue dr̄. Nō. n. amicꝰ esse incipit: nisi cū amare cepit. Fit g̃ aliq̄ mutatio voluntatis vt amicꝰ dicaṫ. Num⁹ no cū dr̄ p̄cii relatiue dr̄: nec tñ mutatꝰ ē cū eē ceperit p̄cii: nec cū dr̄ pignꝰ: ꝛ hmõi. Si g̃ nūmꝰ pōt nulla sui mutatiõe totiēs dici relatiue: vt neq; cū icipit dici: neq; cū desinit: aliqd in eiꝰ nã vel forma qua nūmus ē: mutatiõis fiat: quãto facilꝰ de illa icõmutabili dei suba debemꝰ accipe: q ita dicaṫ relatiue aliqd ad creaturam: vl̄ q̄uis tpal'r incipiat dici: nō tñ ipsi sube dei accidisse aliqd itelligaṫ: sed illi creature ad quã dr̄: q̄liter ēt refugiũ nr̄m dr̄. Refugiũ. n. nr̄m dr̄ deꝰ relatiue: ad nos. n. referṫ: ꝛ tūc refugiũ nostꝝ fit cū ad eū refugim⁹. Nunqd tūc fit aliquid in eius nã q̄ anteq̄z refugerem⁹ ad eū non erat: In nobis ergo fit aliq̄ mutatio: qui ad eū refugiendo efficimur meliores. In illo aũt nulla. Sic ꝛ pater nr̄ esse incipit cū per eius gratiam regeneramur: q dedit nobis potestatez filios dei fieri. Substãtia g̃ nostra mutaṫ in meli?: cuz filij eius efficimur. Simil'r ꝛ ille pater nr̄ esse incipit: sed nulla sue ꝓmutatiõe substãtie. Qz ergo tēporaliter dici incipit deꝰ: q̄ antea non dicebatur: manifestū est relatiue dici: nō tamen p̄m accidēs dei: q; aliquid ei acciderit: sed plane ꝫ accidens eius: ad q̄ dici aliquid deus incipit relatiue. Ex his aperte ostenditur: q; quedam de deo tēporal'r dicunt̄ relati-

ue ad creaturas sine mutatõe deitatis: ꝫ nõ fine mutatiõe creature: ⁊ ita accñs ẽ in creatura nõ in creatore: ⁊ appellatio q̃ creatura dr̃ relatiue ad creatorẽ: relatiua ẽ: ⁊ rel'onẽ notat q̃ ẽ in ipsa creatura. Appellatio ꝝo illa q̃ creator relatiue dr̃ ad creaturã: relatiue qdẽ ẽ: ꝫ nullã notat relationẽ que fit in creatore.

¶ Hic soluit qõ q̃ q̃rebat vtruz spũs scũs dicat datum relatiue ad se cum ipse det se.

QUi põt solui qõ supi⁹ ꝓpposita: vbi q̃rebat cũ spũs scũs datũ dicat vl' dõatuz. Qõ aũt dat referr̃ ad eũ q dat: ⁊ ad illũ cui dat ⁊ spũs scũs det seipm: vtꝫ ad seipm relatiue dicat: cũ dr̃ dari vel donari. Cui qõni respõdẽtes: dicim⁹ spm̃ sanctũ dici datũ vel donatũ relatiue: ⁊ ad dantẽ ⁊ ad illũ cui dat. Dans aũt siue donator ẽ pr̃ cuz filio ⁊ spũ sãcto. Nec tm̃ dicim⁹ spm̃ scm̃ referri ad se: ꝫ appellatio dati vl' donati referr̃ ad dãtez ⁊ ad recipiẽtez: qz nõ põt aliqd dici datum nisi ab aliquo ⁊ alicui det. Cũ aũt spũs sanct⁹ dari a se vel datus a se dicit̃: relatiue quidẽ dicitur ad illum cui datur ⁊ est appellatio relatiua: ⁊ in illo cui dat mutatio fit: nõ in dante.

¶ Diuisio textus.

OStenso q̃ p̃n^m respectu creature dr̃ de deo ex tpe. ꝓcter ostẽdit q̃lr aliqd de deo ex tpe dici possit. ⁊ dividit̃ ptes duas In p^a oñdit aliqd de deo dici ex tpe. In z^a ostẽdit modũ q̃ ista de deo dñr. ibi. (Quo igr obtinebimus.) ¶ Circa p^m duo fac̃. p^rio oñdit vitatẽ. z^o excludit obiectõez. ibi. (Sz B aliqs dicet ⁊c.) (Quo igitur ob.) Dic oñdit mo^m q̃lr ista de deo dicant̃. Et circa B duo fac̃. p^rio oñdit modũ: qz. s. dñr de ipo sine sui mutatõe: ⁊ sine aliq̃ accñte sibi adueniẽte: ⁊ sine aliq̃ reali habitudine: ꝫ q solũ nomen ẽ relatiuũ. z^o ex mõ determinato solvit quãdaz qõnẽ quã supra. 18. di. reliq̃rat insolutam. ibi. (Dic põt solui questio ⁊c.)

Questio. I.

QUi tria q̃runt̃. p^rio vtꝫ aliqd õ deo ex tpe dicat. z^o vtruz ista significent cẽntiã dinã. ȝ^o vtrũ illa noia rel'iua ponant aliquã rel'onẽ realr̃ in deo exñtẽ.

¶ Utꝫ aliqd dicat de deo ex tpe. I.

AD primũ sic ꝓcedit. vr̃ q̃ de deo nihil ex tpe dicat. De q̃. n. dr̃ aliqd ex tpe: postq̃ nõ dicebat põt dici eẽ factũ illud: sic̃ hõ dr̃ eẽ fact⁹ alb⁹: si ꝑus non dicebat vere de eo qõ eẽt alb⁹: ꝫ fieri nullo modo ꝓpetit deo: sic̃ nec mutari: cũ sit p̃muz mouẽs. g̃ vr̃ q̃ nihil de deo ex tpe dicat. ¶ P. gegd p̃dicat̃ de aliquo aut dr̃ de eo p se aut p accñs: ꝫ ista nõ p̃dicant̃ p se: qz qõ p se iest sp̃ iest. B aũt nõ ab eterno de deo dñr: nec ẽt p accidens: qz nullũ accñs in deo ẽ. ¶ Et ꝑterea. cuz oẽ p accñs reducat̃ ad aliqõ p se B dicerent̃ de aliq̃ alio p se qõ non inuenit̃: qz nihil aliõ q̃z deus dr̃ creator: vl' vniuersitat̃ dñs. g̃ vr̃ q̃ ista nullo⁹ de deo dicant̃. ¶ Si dicat̃ q̃ ẽ p̃dicatio p causam. ¶ Cõtra vbicunqz ẽ p̃dicatio per cãm põt resolui p̃dicatio talis ⁊ exponi per ꝓpositionẽ denotantem habitudinẽ cause, vt si dicat̃ q̃ deus ẽ spes nostra: põt exponi q̃ spes nr̃a ẽ a deo: ꝫ nõ põt dici q̃ creator sit a deo. g̃ cuz dr̃ deus ẽ creator: nõ ẽ p̃dicatio p cãm. ¶ P. oẽ verum aut ẽ necessariũ aut contingẽs. Si igit̃ B p̃dicant̃ de deo ve: aut p̃dicant̃ necessario: aut contigẽter: ꝫ non p̃dicant̃ necessario: qz non semp: nec ẽt cõtingẽter: qz in deo nihil ẽ cõtingens. g̃ vr̃ q̃ non possunt de deo vere p̃dicari.

Contra est totũ qõ in lr̃a dr̃ ⁊ ab Augu. ⁊ a magro: ⁊ vsu loquẽtiũ: ⁊ ꝼm fidẽ ⁊ ꝼm ph̃iam.

Respondeo dõm q̃ necesse est q̃ aliqd de deo ex tẽpore dicat̃. Cum. n. oẽ eẽ cuiuslibꝫ rei effluat ab ipso deo non soluz vniuersi: ꝫ cuiuslibꝫ partis eius: oꝫ q̃ ipse designet̃ in habitudine p̃ncipy ad qõlibet eoꝝ q̃ sunt: ⁊ cum multa eoꝝ q̃ sunt nõ semp fuerint ẽt si ponat̃ vniuersuz semp fuisse: qõ gdam ph̃i errantes senserunt: oꝫ q̃ nomina designãtia illaz habitudinẽ: nõ ab eterno de deo dicant̃: ꝫ ex tẽpore: qz rel'o ꝼm actũ exigit duo extrema in actu existere. vnde nõ põt referri ad creaturã vt actuale p̃n^m creature nisi creatura exñte in actu: qõ nõ sp fuit ꝫ ex tpe. Hoc aũt non cõtingit õ alys q̃ absolute de deo dicunt̃ q̃ ex tpe dicant̃ de ipso: qz ea q̃ absolute dicunt̃ ꝼm ꝓprias rõnes ponunt in eo aliqd in quo dicunt̃: vt q̃titas ⁊ q̃litas ⁊ hꝫ. Unde nihil hoꝝ siue nit̃ qõ non realr̃ sit in deo de quo vere ⁊ ꝓprie dr̃. ⁊ ꝓp B non põt de aliquo ex tpe dici nisi illud mutet̃ p susceptionez ei⁹ qõ ꝑus non habuit. Sz rel'o ꝼm rõnẽ suaz non hz q̃ ponat aliqd in eo de quo dr̃: ꝫ ponit tm̃ habitudinem ad aliud. vñ inuenit̃ aliq̃ rel'o vt supra dictuz ẽ. nõ realr̃ exñs in eo de quo dr̃. ⁊ iõ in talib⁹ habitudines ille õ nouo dicunt̃ de aliq̃ nõ per mutationẽ ei⁹ ꝫ illi⁹ ad qõ dr̃. ⁊ ita est in oibus q̃ de deo ex tẽpore dicunt̃.

Ad primuz igit̃ dõm q̃ sicut hꝫ habitudines nõ ponunt̃ realr̃ eẽ in deo ꝫ ꝼm rõnem tm̃: ita ẽt ex B q̃ de nouo de deo dicunt̃ non sequit̃ q̃ in eo sit aliquid fieri ꝼm rem: ꝫ ꝼm rationez tm̃: sicut dicit̃ i psal. Domine refugiũ factꝰ es nobis. Tm̃ ⁊ si cõcedatur ꝼm rõnem aliquid vt refugiũ vel hꝫ factus. nullo tamen modo dicẽdus est mutatus: qz mutatio ꝑonit̃ ꝓ remotione eius a quo est motus: ꝫ fieri p adeptionẽ ei⁹ ad qõ motus terminat̃. A deo aũt nullo modo aliqd remouet̃: ⁊ si adueniat habitudo aliq̃ ꝼm rõnẽ. vnde ⁊ si dicat̃ fieri aliquid non dz dici mutari in illud. ¶ Ad scõm dõm q̃ ꝼm magistruz ista p̃dicant̃ p accidẽs: nõ q̃ i deo sint ꝫ q̃ in creaturis. Tm̃ intelligẽduz ẽ q̃ in istis noibus est duo considerare. s. habitudines ipsas: ⁊ illud supra qõ fundat̃ rõ habitudinis in deo: sic̃ habitudo creatiõis hz ꝑ fundamento in deo vtutẽ dinã. cui⁹ ẽ ducere res in eẽ de nihilo. Si igit̃ ꝓsiderat̃ B qõ bñt ꝓ fundamẽto in re dina: constat q̃ p se dicunt̃ ⁊ ab eterno ꝓueniũt q̃tũ ad illud: quia cẽntia vtus opatio dina ab eterno ẽ. Si aũt ꝓsideret̃ ipa habitudo tũc p accñs de deo dñr q̃tũ ad B. Accñs aũt dupl'r dr̃. Aut ꝼm q̃ noiat nãm accñtis ꝓdiuisam subẽ: ⁊ sic in deo nihil est accñs. Aut ꝼm q̃ noiat aliqd p aliud conueniens: sicut dicim⁹ q̃ albuz edificat p accñs: qz adiungit̃ ei qõ per se est cã edificationis. s. edificatori. ⁊ sic per accñs conuenit deo referri ad aliud extra se. Nõ. n. dr̃ relatiue nisi qz aliud referr̃ ad ipm: sicut dicit ph̃s. 5. meta. qz scibile ẽ relatiuũ: nõ qz ipm referat̃: ꝫ qz aliud referr̃ ad ipm. Nec tm̃ sequit̃ q̃ illa habitudo q̃ in deo designat̃ alteri cõueniat p se: ꝫ magis respect⁹ oppositus qõ ẽ esse creaturã vel eẽ seruũ vl' aliquid hꝫ. ¶ Ad z^m dõm q̃ nõ põt ꝓprie dici p̃dicatio per cãm nisi forte ꝛtelligat̃ q̃ hꝫ noia p̃dicant habitudinẽ alicui⁹ cãe. ¶ Ad 4^m ꝑz rñsio per id qõ ad z^m dictũ est: qz eodẽ mõ p̃dicant̃ necessario quo per se: ⁊ eodẽ modo contingẽter quo per accñs: non tamẽ sequitur aliquid contingens in deo esse.

¶ Utrum que dicuntur de deo ex tempore significent diuinam essentiam. II.

AD secundum sic, pcedit. vī q̄ hȝ nomina q̄ de deo dīr ex tpe nō significent diuinā eēntiā. Essentia.n. dīna est eterna. sȝ B nō dīr de ꝺo ab eterno. g̃ nō significāt dīnā eēntiā. ¶ P. ꝺs dī ex tpe patīa nr̄a ⁊ spes nr̄a ⁊ hȝ: sed hȝ qz hīt īperfectionē ānexam nō pūt ꝓuenire dīne essentie. sic dī q̄ dīna eēntia est charitas ꝺ cui⁹ intellectu nō est aliq̄ impfectio. g̃ vī q̄ non oīa q̄ de deo dicunt̄ ex tpe significēt diuinā eēntiā. ¶ P. diuina eēntia est cōis tribus pſonis: sed q̄dȝ dīr de deo ex tempore q̄ nō ꝓueniūt trib⁹ pſonis vt missus donatus ⁊ hȝ. g̃ nō oīa significāt diuinā essentiā. ¶ Itez ꝺs ex tpe dī hō: sed hō significat humanā nāȝ q̄ in īcarnatōe nō ē admixta diuine nāe: sȝ remāsit ab ea distās. g̃ vī q̄ ea q̄ dīr ex tpe nō significēt dīnaȝ essentiam.

CONTRA est qꝺ magr̄i dīt q̄ oē nomē cōnotans effectum in creatura significat dīnā eēntiā: sed ea q̄ ex tpe de deo dīr: dīr in respectu ad creaturā vt dictum est. g̃ significāt dīnā eēntiā. ¶ P. Dio. dī. 2. ca. de di. no. q̄ oēm bñficā dei noīationē de q̄cun q̄ dīna ꝓ pſonarū dicat̄ in tota deitate oȝ in obseruātia accipi: sed oīa q̄ dīt habitudinē ad creaturā noīant aliqꝺ bñficium in creaturis. g̃ ad totā trinitatem pertinent sine distinctione: ⁊ sic idem quod prius.

RESPONDEO ꝺīm q̄ sicut dictū est nihil ex tpe ꝺ deo dī. nisi qꝺ īportat habitudinez ad creaturā. Habitudo aūt dei ad creaturā pōt designari duplr̄. Uel ſm q̄ creatura refert̄ in ipȝ sic in pn̄m. Uel ſm q̄ creatura refert̄ in ipm vt in terminū. Si ꝑ mō B cōtingit duplr̄. Aut.n. ꝑpa ꝑdicatiōe ꝑdicat̄ aliqd de ꝺo ex tpe qꝺ designat habitudinē pncipy ad pncipiatū. Aut aliqd qꝺ ōsignat ipm pncipiatū a deo sic q̄ est ꝑdicatio p cām. vt cū dī. ꝺs est spes nr̄a. Si pmo mō B ꝓtingit duplr̄. Aliq̄ n.nomē īponit̄ ad significādū ipaȝ habitudinem: sic B nomē dīs ⁊ hȝ q̄ sunt relatiua ſm eē. ⁊ alia dicta de deo sunt gdē relatiua: qz ēt significāt ex ꝑ suo ītellectu habitudinē q̄ ſm rōnē ē in deo. sȝ ex pīti faciūt intellectū eēntie ſm q̄ talis habitudo fundat̄ in aliq̄ eēntiali. Aliq̄ aūt nomē īponit̄ ad significandū illud supra qꝺ fundat̄ habitudo: sicut B nomē scia q̄litatē: quā ꝓsequitur respect⁹ gdā ad scibile. Uñ ista talia nō sunt relatia ſm eē: sȝ solū ſm dici. Uñ ista pncipalr̄ dāt ītelligere rez alteri⁹ ꝑdicamēti. ⁊ ex pīti īportāt relōnē. Ita ēt in diuinis: vt pȝ in B noie creator: qꝺ īponit̄ ad significādū diuinam actionē q̄ est ipsi⁹ eēntie quā cōsequit̄ habitudo q̄dam ad creaturā. ⁊ ista pncipalr̄ eēntiā significāt. ⁊ ex cōsequēti īportāt respectū ad creaturā. Et sil'is rō est ī illis in qbus ē ꝑdicatio p cām: qz tales locutiōes resoluunt̄ in habitudines cāe: vt cū dī ꝺs est patīa nr̄a. i. cā patie nr̄e. ⁊ in oībus istis q̄ dīr de deo ex tpe ⁊ īportāt habitudinē pncipy ad pncipiatū. vez est q̄ ꝓueniūt toti trinitati. Si aūt ꝓsiderer̄ relō creature ad creatorē vt ad terminuȝ. possibile est q̄ talis relō creature sit ad aliqd eēntiale vl̄ ad aliquid pſonale. Contingit aūt B triplr̄. Aut ſm operationē: sicut aliqs pōt ītelligere vel noiare deuȝ vel paternitatē. Uel ſm exēplaritatē: sicut in creatiōe rerū est termīatio in sil'itudinē eēntialiū attributoꝝ: ⁊ in ifusiōe charitatis ē terminatio in sil'itudinē pcessiōis pſonalis spūs sci. Uel est terminatio ſm eē. ⁊ iste modus ē singularis in īcarnatiōe: p quā humana nā assumpta ē ad eē ⁊ vnitatē ꝺīne p⁹. nō aūt ad vnitatē ꝺīne nāe. Sȝ ista relō q̄ creatura refert̄ in deū vt ad terminū ītudit ex pīti in se relōnē q̄ est ad deū vt ad pn̄m. Uñ in oīb⁹ q̄ dīr de ꝺo ſm habitudinē ad creaturam: ex eo q̄ creatura refert̄ in ipm vt terminū: ꝓsiderādū est q̄ q̄tū ad habitudinē termini possiunt trñ cōuenire p⁹. sed rō pncipy que ibi ītelligitur ex ꝓsequenti cōuenit toti trinitati. Unde ſm habitudinem vnam possūt facere ītellectū p⁹. ⁊ ſm aliam faciunt intellectū eēntie: sicut pȝ cū dī ī carnat⁹ B trñ filio cōpetit. qz ad solam pſonā filij ī carnatio terminata ē: quā trñ tota trinitas fecit.

AD PRIMUZ igit̄ dīm q̄ hȝ noīa ꝓueniunt deo ex tpe rōne habitudinis īportate. vl̄ pncipalr̄: vel ex pīti. Principalr̄ vt cum dī de⁹. Ex pīti vt cum dī creator. ⁊ illa habitudo nō est in dīna eēntia: nec aliqua res in deo: sed ſm eēntiaȝ in q̄ fundat̄ talis habitudo: hȝ ꝓueniūt deo ab eterno. q. habitualr̄. ¶ Ad scōz dīm q̄ eēntia dei nō ē patīa vel spes: nec B significat̄ cū dī de⁹ est spes nr̄a. sȝ significat̄ circa dīnā eēntiā habitudo cause respectu talis effect⁹ in nobis. vñ sil'e ē de bis. ⁊ de alys. ¶ Ad 3ᵐ dīm q̄ missus ī carnat⁹ ⁊ hȝ īportant duas habitudines. s. termini ⁊ pncipy. q̄re vna. s. habitudo pncipy ꝓuenit toti trinitati. vnde dicim⁹ q̄ tota trinitas mittit̄ vel fac̄ ī carnationē. sȝ altera ꝓuenit alicui pſone determinate ꝓpter qꝺ hȝ nomīa nō de tota trinitate dicunt̄. ¶ Ad 4ᵐ dīm q̄ deus dicit̄ esse homo inc̄tum suppositum diuine nāe. s: filius subsistit in humana nā p vnionem. B aūt vnio relatio q̄dam est realr̄ in creatura assumpta existēs. que qdē considerata ſm habitudinez ad terminuȝ sic terminat̄ ad personā filij in qua ē facta vnio. sed ſm habitudinem ad pncipiū sic refert̄ ad totā trinitatem que vnionem fecit.

¶ Utrum habitudines designate in noībus dictis de deo ex tempore sint realiter in deo. III.

AD tertium sic, pcedit. vī q̄ habitudines designate in istis noibus realr̄ in ꝺo sint. Nomē.n. ⁊ rō cui nō subest aliqd in re est vana vel falsa. sȝ nō vane ⁊ falso dicim⁹ ⁊ cogitam⁹ deū dīm ⁊ creatorem. g̃ hȝ nomīa hīt relones quas signāt rīdētes sibi realiter in deo. ¶ P. illud qꝺ est ſm rōnē trñ cessante ītellectu rōnante nō remanebit. Sȝ si nullus eēt rōcinās adhuc de⁹ eēt dīs ⁊ creator. g̃ hȝ noīa significāt aliquid realr̄ in deo exīs ⁊ nō ſȝ rōnē trñ. ¶ Itē oī relōni respōdet suum correlatiuū qꝺ sibi opponit̄: sȝ cū dicim⁹ creaturam seruire īportat̄ aliq̄ relō in creatura realr̄ exīs. g̃ opȝ oppositā relōnē alicubi ponere: sȝ nō est in creatura: qz tūc creatura eēt dīna suupsi⁹ ⁊ creator suupsi⁹. ⁊ oppositi respect⁹ eēnt in eodē. g̃ opȝ q̄ in deo realr̄ ponantur oppositi respect⁹ relonib⁹ creature ad deū. ¶ P. illa relatiua in qb⁹ nō ē relo ſm rē ītuenim⁹ eē ad aliqd ſm dici trñ: sicut scibile: de quo dicit phs: q̄ est relm: qz aliō refert̄ ad ipm: sed de deo dīr quedā relua q̄ sunt ad aliqd ⁊ ſm suum eē vt dīs rex ⁊ hȝ. ergo saltē illa aliquā relationem realez in deo significant.

CONTRA in deo nihil est nisi eternum: qz quicqd est in deo deus est. sed hȝ habitudines nō sūt eterne: ꝓpter qꝺ nec nomina ab eterno de deo dicunt̄. ergo non sunt realiter in deo.

RESPONDEO ꝺīm q̄ scōm theologos ⁊ phos vez est cōiter q̄ relones qb⁹ de⁹ ad creaturam referr̄ nō sunt in deo ſm rē: sed ſm rōnē trñ: quia intellect⁹ noster nō pōt accipe aliqd relatiue ad alterum dici nisi ipm sub opposita habitudine ītelligat. Sciēdū trñ est q̄ rō in intellectu rez triplr̄ se hȝ. Qñqz. n. apphendit aliquid qꝺ est in re: ſm q̄ apphendit̄: vt qñ apphēdit̄ forma lapidis. Qñqz vero apphendit aliquid qꝺ nullo modo in re est. vt qñ quis imaginat̄ chimerā vl̄ aliqd

hꝫ. Aliqñ aũt appĥēdit aliqd cui subest ī re nā q̄dā nō tñ ſm rōnem qua appĥēdit. ſicut pz qñ appĥēdit itentiōez generis ſubē q̄ in re ē nā q̄dā nō determiata ſz ſe ad hāc vel ad illā ſpēm ⁊ huic nāe appĥēſe ſm modū quo est in itellectu appĥēdēte q ex oībus accipit vnū qd cōe ī gbꝰ iueniť nā illa attribuit rōnem generis: q̄ qdē rō nō est in re. Ita ēt ē in hꝫ relonibꝰ quas itellectꝰ noſter attribuit deo. iuenit. n. ī ipſo vtutē ⁊ essentiā ⁊ opatōez q̄ creatura pducit ī ipm relonē hñs. ⁊ iō eēntie illi vel opatōi habitudinē attribuit: ⁊ ſz q itelligit noīa relatiua īponit.

Unde patet rñſio ad pm: qz intellectꝰ noſter neq; caſſus neq; vanꝰ ē: qz hz aliqd reſpōdēs ī re: cui nō ſm modū quo ē in rōne. ſic ēt itellectus mathematicoꝝ nō ē falſus neq; vanꝰ ē cui nulla linea ſit abſtracta a mā ī re: ſicut ipſi ꝓſiderāt. vñ dicit phs. 2. phy. abſtrahētiū nō ē mēdaciū. ¶ Ad 2m dōz: q ēt ſi nullus itellectus eēt adhuc ī deo eēt. vñ vere dñs ⁊ dici ⁊ itelligi poſſet. ſ. potētia coercendi ſubditos: ſz nō diceret vel itelligeret dñs ſm actū. ¶ Ad 3m dōm: q relatiuoꝝ iueniť triplex diuerſitas. Quedā ſunt quoꝝ vtrūq; īporat relonē nō ī re exīstē: ſz ī rōne tñ: ſic q̄ ens refert ad nō ens: vel relo ad relonē vel aliqd hꝫ: vt ſupra dcm̄ est. Quedā vo quoꝝ vtrūq; relonē realē īporat ſic pr ⁊ filiꝰ. Quedā vo quoꝝ alterꝝ īporat relonē realē ⁊ alteruz relonē ratōis tm̄ ſicut ſcia ⁊ ſcibile. Et hꝫ diuerſitatis rō est: qz illud ſupra qō fundať relo qñz iueniť ī altero tm̄: ⁊ qñq; ī vtroq;: vt pz q relo ſcie ad ſcibile fundať ſupra ap prehēſionē ſm eē ſpūale. hoc aũt eē ſpūale ī quo fundať relo ſcie ē tm̄ ī ſciēte ⁊ nō in ſcibili: ga ibi ē forma rei ſm eē nāle. ⁊ iō relo realis ē ī ſcia nō in ſcibili. Ecōtrario est de amāte ⁊ amato: qz relo amoꝛis fundať ſup appetituz boni: bonū aũt nō ē aliqd exīs tm̄ ī aīa: ſz ēt ī reb9. vñ dicit phs. 6. metaph̄. q bonū ⁊ malū ſunt in reb9: vez ⁊ falſum ī aīa. ⁊ iō dicit Auicē. q ī amāte ⁊ amato ī vtroq; relatiuoꝝ est iuenire diſpōnē p quā referať ad alterꝝ nō in ſciente ⁊ ſcibili. ⁊ iō vtrobiq; relo realis est. Sic ēt ⁊ eq̄li tas q̄ īmediate fundať ſupra q̄titatez q̄ in vtroq; est. Et qz omnes relones creature ad deū fundanť ſupra modū quo accipiūt a deo q in deo nō est: qz nō ꝓſequunť pfectū modū ſm quē deꝰ ī eis opať. iō relonibꝰ q̄ ſunt in creatura nō rñdet aliq̄ relo ī deo realr: ſz reloni quā filius accipit a pr̄e rñdet aliq̄ relo ī pr̄e: qz ſm vnū ⁊ eūdē modū ⁊ eādē rōnē pr̄ dat ⁊ filiꝰ accipit nām dīnā. ¶ Ad 4m dōz: q illud nō facit ad ꝓpoſitū: qz de vtriſq; relatiuis iueniunť aliq̄ q̄ īportāt relonē realē: ⁊ q̄ īportāt relonē rōnis: ſic idē īportat relonē ratōis cuius ſit relatiuū ſz eē: ⁊ ſcia īportat relonē realē cuius ſit relatiuū ſm dici.

¶ Expoſitio textus.

AD quod dici pōt ꝛc.) Intētio ſoluentis ē q deꝰ cepit eē dñs tpis: q̄ cepit eē tps. vñ ſic tps nō cepit eſſe in tpe vl ex tpe: ita nec deꝰ dr dñs tpis ex tpe vel ī tēpore. Et dicit ī tpe vt deſignet habitudinē mēſure: qz ſic locatum est in loco vt in mēſurāte: ita ⁊ in tpe. Ex tpe vero dicit īquātū tps ē mēſura includēs ſuuz mēſuratū. vñ opz q ad vtrāq; partē excedat. ⁊ iō q̄ ſemp ſunt inquātū ſemp ſunt nō mēſuranť tpe: ſz que q̄nq; ſunt: vt dicit phs 4° phyſi. Et iō q̄ mēſurātur tēpore ſunt ex tēpore: qz tps ꝓcedit ipſa: tempus aũt nō menſurať tēpore ſicut nec locus loco. ⁊ ideo tempus nec in tēpore incipit: nec ex tēpore: ſed alioꝝ que icipiūt in tempore vel ex tēpore est deꝰ dñs in tpe vel ex tpe: ⁊ aliq̄ talia ſunt ſic hꝫ ⁊ illud gñatū: quāuis etiā vniuerſum ſemp fuiſſet: vt quidā pbi poſuerunt. Uñ hoc querere nō pertinet ad ꝓpoſitū: qz vtrūq; verum ſit, habetur ꝓpoſitum q deus est dominus ex tēpore ad minus aliquoꝝ. (Dic pōt ſolui ꝛc.) magiſter hāc queſtionē mouerat. diſ. 13. ⁊ ſoluit hic p ea que dicta ſunt: qz hꝫ nomina que dicūtur de deo ex tēpore important relatiōes nō reales in deo exiſtētes: ſz ſm rationez ⁊ nomē. Et ideo cū ſpiri. ſcūs dr dari a ſe ī creatura est relatio realis que referť ad totā trinitatē vt ad ꝑncipium ⁊ ad ſpm̄ ſcm̄ vt ad terminū per modum exemplaritatis: ſed in ſpiri. ſancto nō est relo niſi ſm ratiōem: ⁊ nō est inconueniēs q tali ratiōe aliquid ad ſeipſum referatur vt cum dicit idem eidem idem.

¶ Quō dicať filiꝰ eq̄lis pr̄i: an ſm ſubam: an ſecundū relonē ita ⁊ ſilis. ¶ Di. XXXI.

RETEREA ꝓſiderari oz: cū tres pſone coeq̄les ſibi ſint: vtruz relatiue hoc dicať: an ſm ſubam. ⁊ ſi relatiue: vtꝝ ſm relonē an ſm cēntiaz ꝓſideranda ſit equalitas. Deinde qd ſit ipſa eq̄litas. Ad qō dicimus: qz ſicut ſimile nihil ſibi ē. Sil'itudo. n. vt ait Hyla. ſibi ipſi nō est: ita ⁊ eq̄le aliqd ſibi nō dr: ac p hoc ſicut ſil'e: ita ⁊ eq̄le relatiue dr. Dicit g relatiue filiꝰ equalis pr̄i: ⁊ vtriq; ſpūs ſcūs. Est tm̄ eq̄lis pr̄i filiꝰ: ⁊ vtriq; ſpūs ſcūs ꝑpter ſūmā ſimplicitatē eſſentie ⁊ vnitatē. Equalis ē g filiꝰ pr̄i ſm ſubam: ⁊ nō ſcōm relonē. Uñ Augu. i. v. lib. de tri. ait. Querimus ſcōm qd eq̄lis ſit pr̄i filiꝰ nō ſcōm hoc q ad patrē dr filiꝰ eq̄lis est patri. Reſtat g vt ſcōz id eq̄lis ſit qō ad ſe dicit. Quicqd aũt ad ſe dr: ſcōm ſubam dr. Reſtat g vt ſm ſubam ſit equalis. Eadez g ē vtriuſq; ſuba. Itē ī. vi. lib. Satis ē videre nullo mō filiū equalē eſſe pr̄i: ſi ī aliquo. ſ. qō ptineat ad ſignificādū eiꝰ ſubam īequalis iueniť. In oībus g equalis ē pr̄i filiꝰ: ⁊ est eiuſdē ſube. Equalis est ēt ſpūs ſcūs: ⁊ in oībus equalis ꝑpter ſummā ſimplicitatē illiꝰ ſube. Ex his pſpicuū fit q ſm ſubaz filiꝰ est eq̄lis pr̄i: ⁊ vtriq; ſpūs ſcūs ⁊ appellatio tm̄ relatiua ē. Eq̄litas g pr̄is ⁊ filij nō ē relo vel notio: ſz nālis vnitas ⁊ idētitas.

¶ Dic qūo dicať ſimilis: ⁊ qd ſit ſil'itudo.

HOc idē ēt dicimus de ſimili ⁊ ſimilitudine. Cū. n. dr filius ſimilis patri: relatiue qdē dr: ſed ſimilis est patri ꝑpter vnitatē cēntie. Est g appellatio tm̄ relatiua. Similitudo ꝛo idiſ ferēs essentia. Uñ qbuſdā nō idocte videt nomine equalitatis vl ſimilitudis nō aliqd poni: ſz remoueri: vt ea ratiōe dicatur filius equalis patri: qz nec maior est eo nec minor: ⁊ hoc ꝑpter vnitatē eſſentie. Ita ⁊ ſimilis dr: qz nec diuersus: nec alienus: nec ī aliquo diſſimilis. Et hoc ꝑpter eſſentie ſimplicitatē. Non g ſm q filius est genitus a patre: equalis vl inequalis est patri: nec ſimilis vel diſſimilis: ſed equalis

ꝛ similis secundum substantiam.

¶ De sententia sancti Hylarij q̄ in trinitate psonarum propria ostendit.

NOn est igit̄ hic ptermittēdū: q̄ vir illustris Hyla. ꝓprietates psonaꝝ assignās: dicit ipse esse eternitatē: spēm i imagine: vsum i munere. Que tante difficultatis sunt ꝟba: vt i eoꝝ itelligentia atq; explanatōe vehemēter laborauerit Augus. vt ipse oñdit in. vi. lib. de tri. ita dicēs. Quidā cū vellet breuissime singularū in trinitate psonarū ifinuare ꝓpria: Eternitas ē inqt i patre: spēs i imagie: vsus i munere. Et q̄ nō mediocris auctis in tractatōe scripturaꝝ ꝛ assertōe fidei vir extitit. Hec. n. Hyl. i libris suis posuit. hoꝝ ꝟboꝝ. i. patris ꝛ imagis ꝛ muneris eternitatis spēi ꝛ vsus abditā scrutatus itelligentiā quantū valeo: nō eū secutū arbitroꝛ in eternitatis vocabulo: nisi q̄ pater nō hꝫ patrē de quo sit: filius aūt de pre est vt sit: atq; vt illi coeternus sit. Imago. n. si pfecte implet illud cuius imago ē: ipsa coequat ei: nō illud imagini sue: i qua imagine spēm noiauit. Credo pp pulchritudinē vbi tāta est cōgruentia ꝛ prima eq̄litas ꝛ prima similitudo: nulla in re dissidens: ꝛ nullo mō iequalis: ꝛ nulla ex parte dissimilis: sed ad idētitatē rīdēs ei cui⁹ imago est: vbi est prima ꝛ summa vita: cui non est aliud viuere ꝛ aliud esse: ꝫ idē ꝛ primus ac summus itellectus: cui nō ē aliud viuere ꝛ aliud itelligere: sed idē boc est vnū tanq̄ ꝟbū perfectū: cui nō desit aliq̄d: ꝛ ars quedā oīpotentis ꝛ sapientis dei: plena omniū rationū viuentiū incōmutabiliū: ꝛ oēs vnū i ea: sicut ipsa vnū de vno cū quo vnū: ibi nouit oīa deus que fecit per ipsam.

¶ Hic de spū scō quare vsus dicatur.

ESt aūt ineffabilis quidē cōplexus patris ꝛ imagis qui nō ē sine pfruitōe: sine charitate: sine gaudio. Illa g̃ dilectio: delectatio: felicitas vel beatitudo: si tñ aliq̄ humana voce digne dī: vsus ab illo appellata est breuiter. Et est i trinitate spūs scūs: nō genitus: sed genitoꝛis genitiq̄ suauitas: igeniti largitate atq; vbertate perfundens oēs creaturas ꝓ captu eaꝝ. Itaq; illa tria ꝛ a seiuicē determiari vñr: ꝛ in se ifinita sunt. Qui videt hoc vel ex parte: vl̄ per speculuꝫ in enigmate: gaudeat cognoscēs deuꝫ ꝛ gr̃as agat. Qui ꝟo nō videt tēdat ꝓ pietatē ad videndū: nō per cecitatē ad calūniādū: qm̄ vn⁹ est deus: sed tñ trinitas. ¶ Ecce hēs qualiter verba Hylarij p̄missa accipiēda sunt: licet tante sint ꝓfunditatis: vt etiā adhibita expositione vix aliq̄tenus ea itelligere valeat hūan⁹ sensus: cū ipsa eoꝝ explanatio quā h Augu. edidit: plm i se hēat difficultatis ꝛ ābiguitatis.

¶ Q̄ p̄m hāc expositionē nō distinguuntur ibi proprietates personarū tres.

NOn enim p̄m premissam expositiōez distiguunt hic tres ille ꝓprietates superius assignate: sed ipse hypostases distincte abiuicē monstrātur. Eternitatis tm̄ noie eadē videt designata proprietas: quā notat hoc nomē igenitus. Sed videam⁹ qd sit qd̄ ait. Imago si perfecte iplet cui⁹ imago est ipsam coequat ei: nō illud sue imagini. Videt. n. dicere q̄ fili⁹ q̄ est imago patris: patri coequat: non p̄ filio: cū ꝛ filius dicat equalis patri i scriptura: ꝛ pater filio: sed filius hoc habꝫ a patre vt sit ei equalis: pater autem non hꝫ a filio: ꝛ tñ filius plene ac pfecte equalis est patri. i. imago ei cuius est imago.

¶ Quare dicat Hyla. ꝓpria psonaꝝ assignasse in p̄dictis ꝟbis: cū ibi ñ sint exp̄sse ꝓprietates.

PRopria g̃ psonaꝝ i predictis verbis assignasse dī Hyl. q̄ relatiua nomia personarū posuit. s. patris imagis ꝛ muneris: que relatiue dicunt̄ ō psonis: ꝛ ꝓprietates notāt q̄bus distinguunt̄ persone. Ita. n. dī spūs scūs munus relatiue sicut donū. Verūtamen ipsas ꝓprietates aliꝭ tribus nomibus nō significauit: iuxta predictam Augustī. expōnem: nisi solo nomie eternitatis: quo nō ipsam paternitatē: sed eam voluit itelligi notōez qua dī igenitus.

¶ Q̄ earūdē psonaꝝ distictōez notat Augustī. aliꝭ ꝟbis sine exp̄ssiōe triū ꝓprietatū.

ILlud ēt sciri opꝫ q̄ earūdē triuꝫ psonarū distinctōez Augustī. ostendere volens: sine exp̄ssione illaruꝫ triuꝫ proprietatū superius cōmemoratarum i primo libr. de doctria x̄piana sic ait. In p̄e est vnitas: i filio equalitas: i spū scō vnitatis equalitatisq; ꝯcordia. Et hec tria vnū oīa ꝓpter patreꝫ: equalia oīa ꝓpter filiū: cōnexa oīa propter spm̄ scm̄. Itaq; pater ꝛ filius ꝛ spūs scūs: ꝛ singulus q̄q; eoꝝ deus est: ꝛ simul omnes vn⁹ deus: ꝛ singulus q̄q; horum plena ſba est: ꝛ simul omnes vna ſba. Pater nec fili⁹ est nec spūs scūs: ꝛ fili⁹ nec pater est nec spūs scūs. Spūs sanctus nec pater est nec filius: sed pater tm̄ pater: ꝛ filius tm̄ filius: ꝛ spūs sanctus tm̄ spūs scūs. Eadem tribus eternitas: eadeꝫ incōmutabilitas: eadem

maiestas:eadez potestas. Jn his ꝟbis aperte insinuatur personaꝝ trium distinctio.

¶Quare ꝑi attribuaꝫ vnitas:ꝛ filio eqlitas.

Sed plurimos mouet q̄ patri attribuit vnitatē:filio eqlitatē. Cū.n. vnitas dicaꝫ ꝑm substam: nō tm̄ in patre est:ꝫ ēt i filio ꝛ i spū scō:ꝛ equalitas vna ē patris ꝛ filij ꝛ spūs sci. Cur ḡ patri attribuit vnitas:ꝛ filio equalitas? Forte eadē ratōe attribuit patri vnitas ꝑm Augu. qua supra eidē eternitas ꝑm Hylariū:qz videlicet pater ita est:vt ab alio nō sit. Et qz filiū genuit vnū secum deū: ꝛ spūs scūs ab eo ꝓcedit vnus cū eo de⁹. Unitas ḡ in patre esse dī:quia est aliqd aliud a quo sit. Nō.n. ab alio est: nec ab eo aliqs vl aliqd est ab eterno: qđ vnū cuz eo nō sit:filiꝰ.n. ꝛ spūs scūs vnū sunt cū patre. Unde veritas ait. Ego ꝛ pater vnū sumus.

¶Quare pater ꝛ filius dicāt̄ eē vnū vel vnꝰ deus:sed nō vnus:qz res ꝛ einsdē nature recte possunt dici vnū simplr eē ꝛ cū adiectōe. Res vero diuerse nature nō possunt dici vnum nisi dicatur qd vnum.

Hic dici opz q̄ pater ꝛ filiꝰ ꝛ spūs sanctus recte dr̄ esse vnū ꝛ vnꝰ deus: ꝫ nō vnus. Res.n. due vl plures recte ꝑnt dici vnū eē:si sint vniꝰ essentie:ꝛ earuz vna sit natura. Unus aūt vel vna nō potest dici de diuersis rebus nisi addaꝫ qd vnꝰ vel vna. Quo addito recte potest dici de rebꝰ ꝛ vnius ꝛ diuerse substantie. Unde Augu. in. vi. libro de trinitate sic ait. Nescio vtruz iueniaꝫ in scripturis dcm̄ vnū sunt quoꝝ est diuersa natura. Si autem ꝛ aliqua plura sunt eiusdē nature ꝛ diuersa sentiant: nō sunt vnū inquātū diuersa sentiunt. Cuz ergo sic dicitur vnū: vt nō addatur qd vnum:ꝛ plura vnū dicūtur eadez natura atq̄ essentia nō dissidēs neq̄ dissentiens significaꝫ. Unde Paulus ꝛ Apollo:q ꝛ ambo homies erāt ꝛ idē sentiebant: vnū esse dicunt cū dī. Et q plantat ꝛ q rigat vnū sunt. Cuz ꝟo additur qd vnū: potest significari aliqd ex pluribus vnū factum:quānis diuersa natura sit:sicut anima ꝛ corpus nō possunt vtiq̄ dici vnū. Quid.n. tā diuersuz:nisi addaꝫ vl subitelligatur qd vnuz.i. vnus homo. Unde apostolus. Qui adheret iquit domio:spūs vnus est. Nō dixit vnꝰ est vel vnū sunt:sed addidit spiritus. Diuersi sunt enī natura spūs hominis ꝛ spūs dei:sed inherendo fit spūs hominis vnus spiritus cū deo:qz particeps fit veritatis ꝛ beatitudinis illius. Si ergo ꝫ bis qui diuerse substātie sunt:recte dr̄ q̄ sint vnus spiritus: quanto magis qui vnius substātie sunt:recte dicuntur vnus deus esse. Pater ergo ꝛ filiꝰ vnum sunt vtiq̄ ꝑm vnitatē essentie ꝛ vnꝰ deus. Jn quo ꝛ arriana heresis damnaꝫ:que patrē ꝛ filiū ꝛ spm̄ sanctuz:vt ait Augu. in lib. de heresi: non vult eē vniꝰ eiusdēq̄ substātie atq̄ nature: vel vt expressius dicaꝫ essentie:que grece dr̄ vsia: sed filiū esse creaturā. Necnō ꝛ sabelliana que vt ait Augu. in eodē lib. dicebat ꝑm eundem ipsuz ꝛ patrē ꝛ spm̄ sanctū esse: vt esset trinitas nominum sine subsistentia personarum. Utrāq̄ pestez:vt ait Augus. super Jobā. elidit veritas dicens. Ego ꝛ pater vnuz sumus. Utrūq̄ audi ꝛ aduerte ꝛ vnuz ꝛ sumus: ꝛ a caribdi ꝛ a scilla liberaberis. Qz enī dixit vnū: liberat te ab Arrio. q̄ dixit sumus: liberat te a sabellio. Si vnū ergo nō diuersum. si sumus: ergo pater ꝛ filius. Sumus enim non diceret de vno:nec vnū de diuerso. Erubescant ergo sabelliani qui dicunt ipsum esse patrē qui est filius:confundentes personas: qui ꝛ dicti sunt patripassiani:qui dicunt patrez fuisse passum. Arriani vero dicunt aliud patrez esse: aliud filium:nō vnam substantiā sed duas:patrē maiorem:filiū minorē. Noli hoc dicere tu catholice. Jn medio ergo naviga. vtrūq̄ periculosum latus deuita ꝛ dic. Pater pater est:ꝛ filius filiꝰ est. Alius ꝑ:alius filius: ꝫ nō aliud: immo bocipsuz:quia vnus deus. Ecce ostensum est quare vnitas in patre esse dicatur cuz tres vnum sint.

¶Quare dicitur esse equalitas in filio:cum sit vna equalitas trium.

Nunc videamus quare equalitas dicaꝫ esse in filio:cū vna ꝛ summa equalitas sit triū. Hoc iō forte dcm̄ est:qz filiꝰ genitus ē a patre eqlis gignenti ꝛ dono qđ ab vtroq̄ ꝓcedit:ꝛ ideo illa tria dr̄ esse eqlia ꝓpter filiuz. Filiꝰ.n. bz a ꝑe vt sit ei equalis ꝛ spūi scō:ꝛ spūs scūs ab vtroq̄ bz:vt sit equalis vtriq̄. Hoc autē sine assertionis supercilio ꝛ maioris itelligentie ꝓeiudicio dicimus:malētes in aptiōe tam clausoꝝ sermonū pitiores audire ꝫ aliquid alijs ifluere.

¶Quare in spū sancto dr̄ esse vtriusq̄ ꝯcordia vel connexio.

Quod autē in spū scō dr̄ esse vtriusq̄ ꝯcordia:ꝛ q eū oia cōnexa: facilioꝛ ē intelligētia nobis ꝑmissa ad mētē reuocātibus. Supra.n. ꝑm auctoritates sanctoꝝ dictū est q̄ spiritus sanctus amoꝛ

est quo pater diligit filiū ⁊ filiꝰ patrē. ℜecte ⁊ spūs scūs dr̄ connexio vel concordia patris ⁊ filij: ⁊ per eum omnia cōnexa. Unde Augus. in. vi. lib. de tri. Cōmunio quedā cōsubalis patris ⁊ filij est amboꝝ spūs scūs. Idē in. vij. lib. de trini. Spūs scūs est summa charitas vtrūq; cōiungens nosq; subiungens.

¶ Diuisio textus.

POstquā determiauit de ꝓprijs psonaruꝫ. Nic determiat de appropriatis ipsaꝝ. Et oidiť in ptes duas. In ꝑma determiat appropata psonaꝝ. In 2ª inquirit quo ſm illa appropata dine psone adinuicē cōparenť. 3z. di. (Nic oziť qō.) Prima in duas. In ꝑma determiat significatōes quozūdā nominū q̄ psonis diuinis appropanť. In 2ª ꝓsequť diuersas sanctoꝝ appropriationes. ibi. (Nō ē ptermittēdū.) Circa ꝑm tria facit. Prio ingrit de significatōe hꝰ noīs eq̄litas. Scōo de silitudine. ibi. (Hoc idez ēt dicimus.) Tertio ex dictis approbat quozūdā sentētiam. ibi. (Uñ gbusdā ꝛc̄.) (Non est ptermittēdū.) Nic ponit appropriata psonaꝝ. Et diuidiť in ptes duas. In ꝑma ponit appropriationē Hyla. In scōa appropriationē August. ibi. (Illud ēt sciri.) Circa ꝑmū duo facit. Primo ponit appropriationē Hyla. cū expōne Augu. Scōo magr̄ remouet quedaz dubia circa expōnē Augu. ibi. (Nō. n. ſm ꝑmissam ꝛc̄.) (Ueletiam sciri opz.) Nic ponit appropriationē August. Et circa hoc duo facit. Primo narrat appropriatiōez. Scōo inquirit appropriatiōis rōnē. ibi. (Sz plures mouet.) Et circa hꝰ facit tria. Primo oñdit q̄re ꝑſi appropriatur vnitas. Secundo q̄re filio eq̄litas. ibi. (Nunc videamus.) Tertio q̄re spūi scō connexio. ibi. (Qō aūt ī spiri. sancto.) Circa ꝑmū duo facit. Primo querit quare vnitas patri appropriatur. Scōo q̄liter vnitas in dīnis ꝑdicet in neutro vl̄ in masculino genere. ibi. (Nic dici oportet ꝛc̄.)

¶ Questio. I.

HIc quattuoꝛ querūtur. Primo de equalitate. Scōo de approbatiōe in cōi. Tertio de rōne approbatiōis Hyl. Quarto de approbatiōe Augu.

¶ Utꝝ equalitas ponat aliqd in diuinis. I.

CIrca primuꝫ supposit̄is his q̄ supra de eq̄litate dcā sunt. 19. dis. q̄riť vtꝝ equalitas in dīnis aliqd ponat: ⁊ vr̄ q̄ sic. Quicqd. n. ē ī deo ⁊ ī creaturis nobiliꝰ est ī deo q̄ ī creaturis: sz eq̄litas ⁊ silitudo ī creatura aliqd ponūt. ḡ ⁊ in deo. ¶ Ꝓ. arriꝰ dānatꝰ ē: q̄ eq̄litatē psonaꝝ negauit. Nō āt fuisz hereticꝰ nisi aliqd negassz qō in deo est. ḡ eq̄litas ī dīnis aliqd positiue ꝑdicat. ¶ Itē eq̄litas vr̄ esse vna eēntia in tribus psonis idifferēs vt in lr̄a dr̄: sed essentia indifferēs aliqd positiue est ī deo. ḡ videť q̄ ⁊ equalitas. ¶ Ꝓ. equalitas est relo q̄dā: sed relo aliqd positiue ꝑdicat ⁊ nō puatiue. ḡ videť q̄ equalitas aliqd positiue ꝑdicet.

Contra. est qō a magro in lr̄a dr̄. ¶ Ꝓ. pbus dicit ī 5º metaꝑ. q̄ eq̄le opponiť magno ⁊ paruo sicut due puatōes. vñ ēt ꝓ puatōez equalē diffiniť: sz puatio nihil positiue ꝑdicat. ḡ nec equalitas.

Respondeo dōm: q̄ equalitas est relo quedam fundata supra vnitatē q̄titatis: ⁊ in diuinis fundata supra vnitatē eēntie, put significať noīe q̄titatis virtualis vt cū dr̄ magnitudo vel eternitas vel potētia. vñ de equalitate dupl̄r cōuenit loqui. Aut quantum ad vnitatē quātitatis que est causa ipsius. Aut quātum ad relonē ꝛ̄tem. Si quātū ad vnitatē quantitatis supra quā fundať talis relo sic rō eius cōsistit in puatōe sicut ⁊ rō vnitatis: vt supra dcm̄ est. ⁊ iō dicit pbus q̄ eq̄le opponiť puatiue magno ⁊ paruo. sicut vnum multo: ⁊ idē in lr̄a innuiť. Si aūt ꝛsideret equalitas quātū ad relationē. sic equalitas in creaturis aliquid realiter ponit in vtroq; extremoꝝ: sz in dīnis psonis nihil nisi ſm rōnez. Cuiꝰ rō est: q̄ si poneret aliquā relonē realem in psonis: aut hꝰ eēt ex parte essentie que cōis est: aut ex parte relationū gbus distinguunť. Non aūt hꝰ ex parte essentie q̄ sit relo realis: q̄ essentia ē vna ⁊ eadē nūero: ⁊ idē ad seipsum nō referť aliq̄ relone reali: vt supra dcm̄ est. Nec ēt ex parte psonaꝝ relonibus constitutarū: q̄ relo nō referť ꝑ aliquā relonē realem mediā: q̄ sic eēt abire in infinitū. Et iō dico cū magro q̄ eq̄litas nō ponit nisi relonē ſm nomē vel ſm rōnē cū de deo dicitť: sz verus est q̄ aliqd ponit. s. vnitatē essentie nō q̄ sit de ītellectu eius: sed q̄ ꝓsupponiť ad intellectū ipsius: sicut est in puatiuis ⁊ ī illis que dicūtur de deo ex tēpore.

Ad primuz igiť dōm: q̄ ex parte vnitatis vniuersaliter sumpte ſm q̄ vnū cōuertiť cū ente: nec in deo nec in creatura equalitas aliqd positiue ꝑdicat: sicut nec vnitas: vt supra dcm̄ est. Sed q̄ in creaturis suppositā eq̄litatis sunt absoluta. iō referunť adinuicem ꝑ relationē realē mediā qō in diuinis nō cōpetit.

¶ Ad 2m dōm: q̄ ex q̄uis eq̄litas sit ſm rōnē relo: tñ habz aliqd in re rñdēs rōne cuius dr̄ hereticus q̄ equalitatez negat. sicut ⁊ qui negaret deū esse dām: q̄uis illa relo nihil ſm rem ponat in deo. ¶ Ad 3m dōz: q̄ sicut in creaturis equalitas nō est vna q̄titas pluriū: sed relo includēs talē vnitatē: ita in dīnis equalitas nō est vna eēntia: sed relo ſm intellectū ꝛ̄nis eēntie vnitatē. ¶ Ad 4m dōz: q̄ illa relo nō pōt esse realiter in deo. ⁊ iō nō sequiť q̄ aliqd ponat ex hꝰ qō relatiue dicitur.

¶ Utrū attributa eēntiali a hꝰ debeāt appropriari diuinis personis. II.

Ad secundus sic procediť: vr̄ q̄ hꝰ essentialia attributa ꝓsonis dīnis appropriari nō debeāt. Qō enī pluribus cōe est nulli eoꝝ debz appropriari: sz oia attributa sunt cōia tribus ꝓsonis. ḡ ꝛc̄. ¶ Ꝓ. de similibus idē est iudiciū: sed oīa hꝰ attributa significāt eēntiam cōem. ḡ videť q̄ omnia debeāt appropriari vel nullum: ⁊ q̄ oīa vni ꝓsone appropriēnť. ¶ Itē appropriatū ſm ratiōez sequiť ꝓprium: q̄ ꝓprium cadit in ratiōe appropriati: sz attributa eēntialia nō sequunť ꝓpria ſm intellectū: q̄ possunt ītelligi ꝓprijs nō ītellectis sicut ē apud infideles. ḡ nō debēt dici appropriata. ¶ Ꝓ. nihil est faciendum a nobis qō possit in errorē fidei vergere: sed si aliqd cōmune appropriet vni pōt vergere in errorem fidei: vt credať aut tñ illi: aut magis illi ꝓsone conuenire. ḡ nō debemus attributa eēntialia ꝓsonis appropare.

Contra. est auctoritas Hyla. ⁊ Augus. in lr̄a. ¶ Ꝓ. ꝓcessiones ꝓsonarū distinguunť ⁊ noiaňť ſm diuersas ratiōes attributoꝝ inquātū dicimus q̄ spi. sanctꝰ ꝓcedit per modū voluntatis: ⁊ filius ꝑ modū nature. ḡ vnū attributuz cui competit ratio ꝓcessionis ꝓsone potest illi persone appropriari.

Respondeo dōm: q̄ de approbatiōe dupliciter cōuenit log. Aut ex ꝑte nostra. Aut ex ꝑte ipsiꝰ rei: ⁊ vtrobiq; ītueniť ꝓueniēcia. Quātus enim attributa eēntialia cōia sint tribus: tñ vnū ſm rōnez suā magis hꝰ similitudinē ad ꝓprium vnius ꝓsone q̄ alterius. vñ illi ꝓsone approbari pōt ꝓueniēter. verbi gra. potētia

habet in ratiõe sua ꝓncipiũ. ⁊ ideo appropriat̃ ꝑri qui est ꝓncipiũ nõ de ꝓncipio: ⁊ sapia filio qui ꝓcedit vt verbuz: ⁊ bonitas spiri. sancto q ꝓcedit vt amor: cuius obiectum est bonũ: ⁊ ita silitudo appropati ad ꝓprium ꝑsone facit ꝓuenientiã appropatõis ex pte rei q̃ eẽt ẽt si nos nõ essemus: ſz ex pte nr̃a facit ꝓueniẽtiaz vtilitas ꝓñs. Inuenit̃ .n. distictio ⁊ ordo in attributis dinis ⁊ in ꝑsonis: ſz differenter: qz in ꝑsonis ẽ distictio ⁊ ordo realis: ſz in attributis ſm rõnẽ. Uñ q̃uis p attributa nõ possimus sufficienter deuenire in ꝓpa ꝑsonarũ: tñ ispicimus in appropatis aliq̃ silitudinẽ ꝑsonaruz: ⁊ ita valet talis appropatio ad aliq̃ fidei mãifestatiõez q̃uis ipfectã sic ẽt ex vestigio ⁊ imagie sumit̃ aliq̃ via ꝑtuasiua ad mãifestatõez ꝑsonaꝝ.

Ad primum igit̃ dom: q ex B q ꝓuenit oib⁹ aliq̃ attributũ, pbat̃ sufficiẽter q nõ sit ꝓpriũ vni⁹ ꝑsone: nõ tñ q nõ sit ꝑsone appropriatum: qz hec ꝓpositio ad. q̃ venit ad cõpositõez vocabuli notat accessuz cũ q̃dã distãtia. vñ ſm Aug. bõ q ita imitat̃ deũ q semp inuenit̃ distãtia similitudinis dr̃ imago ⁊ ad imaginẽ: fili⁹ aũt q imitat̃ ꝑrem sine aliq̃ dissimilitudie dicitur imago ⁊ nõ ad imaginez: ⁊ pp B qz hs attributa accedunt p silitudinẽ ad rõnẽ ꝓpoꝝ ⁊ distãt p cõitatez recte appropata dr̃. ¶ Ad z^m dõz: q q̃uis oia attributa eẽntialia sint vnũ re: tñ differũt rõne: ⁊ ſm rõnẽ suã hñt silitudinẽ vel ad originẽ ꝑsonaꝝ vt potentia q̃ est ꝑn^m, productiõis: vel ad determinatũ modũ ozigis vt bonitas ad, processionẽ amoris: ⁊ ad, pcessionẽ verbi sapie: ⁊ ita diuersis ꝑsonis ꝑñt ista appropari: ſz eẽntia de ratiõe sua neq; originẽ neq; aliqd ad modũ ozigis ptinens dicit. ⁊ iõ nõ appropat̃. ¶ Ad 3^m dõm: q appropatũ põt sumi duplr. aut mãliter. i. id qõ appropatũ est: ⁊ sic illud attributũ nõ sequit̃ rõnẽ ꝓpry. aut formalr. i. iquãtũ appropatũ est: ⁊ sic in rõne sua ꝓpa ꝓpry rõnẽ icludit. ¶ Ad 4.^m dõm: q appropriãdo attributa eẽntialia determiatis ꝑsonis nõ excludimus alias ꝑsonas: nec gradũ ꝓticipatiõis constituimus: ſz tñ oñdimus silitudinẽ in rõne appropati ad propriũ ꝑsone: ⁊ ex hoc nõ segt̃ error ⁊c. ¶ Qõ. II.

Circa tertium duo q̃runt̃. ꝓmo õ rõne appropatiõis Dyla. Scõo de expõne Augu. quãtũ ad hoc qõ dicit q imago coequat̃ ei cui⁹ ẽ imago ⁊ nõ ecõuerso vtr̃ in diuinis sit mutua equalitas: sed B supra. 19. distin. habitum est.

¶ Utr̃ Dyla. ꝓueniẽter appropet eternitatẽ ꝑri spẽm filio vsum spiritui sancto. I.

A primum sic ꝓcedit̃: vr̃ q appropriatio Dyla. sit icõpetens: qz ſm Augu. hs appropriatiões fiũt ad excludẽdũ errorez. ⁊ iõ ꝑri attribuit̃ potẽtia ne ifirm⁹ credat̃: sic ꝑres apud nos pp senectutẽ ⁊c. ſz circa eternitatez ꝑris nullus errauit sic circa eternitatẽ filij vt arri⁹. q̃ eternitas magl eẽt appropriãda filio q̃ ꝑri. ¶ P. ꝓz equoca nõ attẽdit̃ aliq̃ silitudo: ſz eternitas ꝓuat ꝓncipiũ durationis. Innascibilitas aũt ꝓuat ꝓncipiũ ozigis: cũ igit̃ appropriatiões fiãt ſm silitudinẽ ad, ꝓpa vr̃ q ꝑri nõ sit attribuenda eternitas: qz est innascibilis. ¶ Si dicas q eternitas appropriatur ꝑri: qz ipoꝝtat ex ñti, ꝓprietatẽ ꝑris. ſ. innascibilitatez quãuis ꝓncipaliter significet diuinã essentiam.

Ad primū g̃ dōz q̃ idea ſz eēntiā ē vna ⁊ nō diſtinguit̃ niſi p reſpcm̃ ad diuerſa. vñ ſi pōeret̃ aliq̃ alia res nō fieret additio alicui⁹ forme: ſz reſpect⁹ tm̃. Ul'dōz meli⁹ q̃ ſic ipz ſcire ē ſubm libtati volūtatis: ita ⁊ idea ſz q̃ ad ip̃az termiat̃ act⁹ dine ſcie: ſic ſcia artificis ad formā artificiati quā excogitat: ⁊ iō ſilis ē rō de idea ⁊ ō actu ſciēdi. Sic̃.n. nō p̃t poni q̃ act⁹ ſciēdi ſit i eo ⁊ q̃ nō fuerit: ita nō p̃t ōſignari q̃ idea ſit i eo ⁊ nō fuerit: tm̃ reſpcū vtriuſq; p̃t ōſignari libtas volūtatis. ¶ Ad 2m dō. q̃ ſcia nr̃a ōpēdet ad ſcibile: ſz ſcibile ōpēdet a ſcia dei. vñ ſic ſcia nr̃a variat̃ ſcibili īmobili pmanēte. ita ſcibile mutat̃ ſcia dei nō mutata. ¶ Ad 3m dōz q̃ q̃uis aliq̃ mō ꝺcedat̃ q̃ ōs p̃t ſcire aliqd aliō ab his q̃ ſcit. nō tm̃ vī poſſe ꝺcedi q̃ poſſit ſcire pl'a q̃ ſcit: qz cuz dī pl'a ōſignat̃ ꝺparatio ad aliqd ꝑeñs: cū q̃ B nō erat: ⁊ B nō p̃t eē vt iſta duo ſint ſil'. Ad 4m dōm q̃ ea q̃ nō ſunt de⁹ nō ſcit ſcia viſionis: ⁊ de hac tm̃ hic loquimur.

Ad tertium

¶ Utz de⁹ ſciat infinita. III.

ſic ꝓcedit. vī q̃ ōs ſciat infinita. Scia.n. nūerat̃ ſz ſcita. Sz ī ps. dī q̃ ſapie ei⁹ nō ē nūerus. g̃ ſcita ei⁹ ſūt infinita. ¶ P̃. ōs nō alio⁹ ſcit q̃ſdā ſpēs nūeroz q̃z alias: ſed q̃ſdaz ſcit actu ⁊ ōtermiata ſcia ẽ ſcū q̃z aliqs hō ſcit: cū igit̃ ſpēs nūeroz ſint infinite vī q̃ ipſe ſciat infinita ōtermiate. ¶ P̃. pticularia ſunt infinita ſz ōs ſcit pticularia vt. ſ. dcm̃ ē. g̃ ſcit infinita. ¶ P̃. pō ſua dī infinita ⁊ dī infinitoz ſimplr̃: ſz nihil pōt facere niſi per ſciam. g̃ vī q̃ ſcia ei⁹ ſit infinitoz ſimplr̃.

Sed contra

gcḡd ſcit̃ pfecte ſcia ꝺphendit̃: ſz gcḡd ꝺphēdit̃ itell's ꝺphēſiōe finit̃: vt dic̃ Aug. ī li. de vide⁹ deū. ⁊ pbus in. z. meta. cū igr̃ infinitū nō poſſit finiri: vī q̃ a nll'o itellū poſſit pfecte ſciri. ¶ Si dicim⁹ q̃ q̃uis ſit infinitū in ſe: tm̃ ꝺparatū ad itell'm dīnū infinitū finitū ē. ¶ Cōtra. qō dī ō aliq̃ diuerſimoꝺ reſpcū diuerſoz ē ī gñe relonis. ex B.n. pbat pbs magnū ⁊ puū relatiā eē. g̃ gcḡd p̃dicat̃ de aliq̃ abſolute cuicunq; ꝺueñ: ꝺueniet ſibi: ſz eē infinitū ē p̃dicatū abſolutū. g̃ qō ī ſe ē infinitū reſpcū nulli⁹ pōt dici finitū. ¶ P̃. infinitū finito infinitū ē: qz nō p̃t ptrāſiri ab eo: ſz ſic infinitū nō ptrāſit a finito: ita nō trāſit ab infinito: vt pbat ī. 6. phy. g̃ infinitū nz reſpcū finiti neq; rm infiniti finitū ē. ¶ P̃. gcḡd ſcit̃ ī actu actu ē ī ſciēte. ſz infinita ñ p̃t eē ī actu: g̃ infinita ſciri ñ p̃t

Respondeo

dōz q̃ infinitū pōt accipi dupl'r. vl' itē ſiue ad mom̃ q̃titatis ꝺtinue: ⁊ ſic ōs nō ſcit infinitū ī actu: qz q̃titas infinita ꝺtīua neq; ē neq; eē p̃t: niſi dicat̃ ſcire infinitū inq̃tū ſeipz ſcit g̃ infinit⁹ ē. Alio⁹ p̃t ſumi infinitū ſz q̃titatē diſcretā. Et ſic dōz ē q̃ ſcia ſimplicis itelligētie ōs ſcit infinita q̃ ſūt ī pō ipſi⁹: nō tm̃ ſz indiuidua: ſz ēt ſz ſpēs. poſſet.n. infinitas alias ſpēs ꝓcreare ⁊ ſcit ſe poſſe illas. Loquēdo āt de ſcia viſiōis ſz q̃ videt res nō tm̃ ī ſeipo: ſz ēt vnūq̃q; ī ꝓpo eē: ſic ſcia ſua ñ ē infinitoz. Hoc āt nō ē ex ōfectu ſcie ei⁹: ſz ex ōfecū reꝝ q̃ nō ſūt infinite ſz oē tps nūerate. Unī ſi ponerēt mūdus ſemp fuiſſe ⁊ nūq̃ ōficere ſic̃ phi poſuerūt: ſcia ſua eēt infinitorū ēt videndo ſingula ī ꝓpo eē: qō ſcie nr̃e nō pōt ꝺuenire: qz nō pōt ſingula ꝓpe cog̃ſcere niſi p diuerſas formas ab eis acceptas. vñ opz q̃ vnū poſt aliō itelligat vt ex p̃dcis pz: ⁊ ita ſi itelligeret infinita ſeq̃ret̃ q̃ infinita nūeraret: qō

Questio. II.

eſt ipoſſe. Sz tm̃ itell's nr̃ pōt q̃dām̃ō itelligere infinita inquātū itelligit formā vl'ez q̃ ē in pō ad infinita ſingularia. vñ ēt a phis ꝓbat̃ itell's īmāl'eē: qz q̃dā mō ē vtutis infinite: qō nullo⁹ vtuti in mā exñti ꝺuenire pōt. Intell's āt diuin⁹ vno qō ē eēntia ſua oia q̃ ſunt vel p̃nt eē itelligit: nō tm̃ vl'i cognitōe: ſz ēt ꝓpa ⁊ ōtermiata: vt ex p̃dcis pz. vñ nō oz q̃ cog̃ſcat res diuerſas aliquo trāſitu ſz vno ituitu oia videt: ⁊ pp̃ B nō ꝓhibet̃ eſſe infinitoz um.

Ad primū

g̃ dōz q̃ ſcie dei dī ñ eē nūer⁹ pp infinitā vtutē ei⁹ ī ꝺphēdēdo ⁊ nō pp infinita tē ſcitoz ſcia viſiōis ōterminata p quā res ī ꝓpa nā cog̃ſcunt̃. ¶ Ad 2m dōz q̃ aliq̃s ſpēs nūeroz ſcit de⁹ ēt ſcia viſiōis ſz nō oēs: qz poſito initio ⁊ fine mundi ē aliq̃ ſpēs nūeri quā res in ſucceſſiōe tēpoz exñtes ñ ꝓtergredīt̃: oēs tm̃ ſcit ſcia ſimplicis itelligētie. ¶ Ad 3m dōm q̃ numer⁹ pticulariū nō ē infinit⁹ ſimplr̃ niſi ſuppoſita eternitate mūdi: qō ē ɔ fidē. ¶ Ad 4m dōm q̃ pō reſpicit ſicut obm ens pole: cui⁹ rō nō ōpēdet ab eē ī actu. vñ ſi nunq̃ ponāt̃ ifinia reduci ī actu ſucceſſiōe tpis: dī tm̃ pō ſimplr̃ ifinitoz. Scie aūt obz ē ve q̃ cū ente ꝺuertit̃. vñ ñ p̃t dici ſcia ſimplr̃ eoz q̃ nō hñt eē ī actu ſz aliqō tps ſz fm gd tm̃: ſic ēt ſz gd eſſe dñr ī pō cāe. ¶ Ad 5m dōz q̃ itell's diſcurrens p rez nō pōt ꝺphēdere rē ifinitā: qz finiret eā nūerādo p̃tes ei⁹: ſz ſcia dei ſine diſcurſu vnifoꝛmiter eſt vni⁹ ⁊ ml'toz finitoz ⁊ infinitoz. ¶ 6m ꝺcedim⁹. ¶ Ad 7m dōz q̃ itell's dīn⁹ ñ itelligit res ptrāſeūdo vñ obo ñ ꝓcedit. ¶ Ad 8m dōm q̃ oia q̃ deus ſcit ſūt in ipſo vnuz: ⁊ nō diſtinguunt̃ niſi p diuerſos reſpectus: nō eſt aūt incōueniens rel'ones q̃ ſequunt̃ operationez itellect⁹ eſſe infinitas. vt dicit Auic. Questio. II.

Deinde

q̃rit̃ de diuina ꝓuidentia. ¶ Et circa B duo q̃runt̃. ꝓmo q̃d ſit. 2o vtrum ſit omnium.

¶ Utz ꝓuidētia ptineat ad ſciam. I.

Ad primuz

ſic ꝓcedit̃. vī q̃ ꝓuidentia ptineat ad ſciaz. Sic̃.n. dic̃ Boe. ī. 5. de ꝺſo. ꝓuidētia dei dī: qz porro videt. q. a ſpeculo eternitatis: ſz videre ptinet ad ſciaz. g̃ vī q̃ ⁊ ꝓuidētia. ¶ Jtē vī q̃ ad oīpotētiā. Dī.n. Bap. 14. Tu āt p̃ gubnas oia ꝓuide⁹ ſz gubna⁹ ptiet ad pōz. vt hī ad Heb. ī. pōtāſq; oia rē. g̃ vī q̃ ⁊ ꝓuide⁹. ¶ Jtē vī q̃ ad volūtatē. Sic̃.n. dic̃ Dam. ꝓuidētia ē dīna volūtas ſz quā oia ī finē ꝺueniētē ꝺuctōez accipiūt: ⁊ ita vī exp̃ſſe q̃ ad volūtatē ptineat. ¶ Jtē vī q̃ ſit idē q̃ diſpō. ſic̃.n. dic̃ Boe. ꝓuidētia ē rō ī ſūmo oium p̃ncipe ꝺſtituta p quā cūcta diſponit: ſz diſpōere ē diſpōnis. g̃ vī q̃ diſpō dīna ⁊ ꝓuiden⁹ idē ſint. ¶ Jtē vī q̃ ſit idē qō fatū. ꝺpatio.n. alic⁹ ad diuerſa nō diuerſificat eius eēntiā: ſz fatū ⁊ ꝓuide⁹ ñ dīnt niſi ſz ꝺpatiōez ad diuerſa: ſic̃.n. dic̃ Boe. mod⁹ q̃ res geruntur cū ad dīnā cognitionez referunt̃ ꝓuidētia dī: cū vo ad res ipſas q̃ gerunt fatuz vocat̃. g̃ vī q̃ ꝓuidentia ⁊ fatū nō differāt p eſſentiā.

Respondeo

dō. q̃ iſta tria diſpō ſcia ⁊ ꝓuide⁹ ſe hñt p additōez vni⁹ ad altez. Cū.n. ōs ōrebus creat̃ ſciaz. q. ꝓactica hēat: ad mom̃ ſcie artificis ei⁹ ſcia ꝺſiderāda ē. Sciēdū ē g̃ q̃ artifex p̃cōcipiēdo artificiatū ſuū ꝺſiderat finē p̃: ⁊ deiñ ꝺſiderat ordines rei quā facere ītēdit ad finē illū: ⁊ ordines ēt ptiū adiuicez ſic̃ q̃ fūdamētū ſit ſub piete: ⁊ pies ſub tecto: ⁊ iſte ordo ptiz adiuicez ordiat̃ vlteri⁹ ad finez dom⁹. 3o oz q̃ ꝺſideret ea q̃b⁹ ꝓmoueat̃ ad ꝺſecutōez finis: ⁊ vt tollant̃ ea q̃ p̃nt impedire finē. vñ excogitat ſuſtētamenta dom⁹ p aliq̃s appenditias: ⁊ feneſtras ⁊ hō q̃b⁹ dom⁹ ſit apta ad habitatōez. Jſta g̃ excogitatio noiat̃ noie ſcie rōne ſoli⁹ cognitōis et nō rōne alic⁹ opōnis. Unī eſt ⁊ finis ⁊ eoz q̃ ſūt ad finem

Sed rōne ordinis excogitati in re operanda vocaī noīe dispositōis:qz dispō ordinē quēdā significat.vñ dispō dr̄ gnātiōis ordiatio.Sz rōne eoꝝ q̄ ꝓmouēt in finē dr̄ ꝓuidētia.ꝓuidus.n.dr̄ q bñ cōiectat de ꝓferētib⁹ i finē ⁊ de his q̄ ipedire pñt.Unī ēt ⁊ in deo scia dr̄ fz q⁹ hz cognitionē ⁊ suppsi⁹ ⁊ eoꝝ q̄ facit.Sz dispō dr̄ rōe duplicis ordinis quē ponit in reb⁹.s.rei ad rē fz q⁹ iuuant seiuicem ad ꝓsequēdū finē vltimū:⁊ iteꝝ toti⁹ vniuersi ad ipz deum: sic ēt phūs ponit in.ii.meta.vbi ēt ponit exēplū de ordie ptiū exercit⁹ adiuicē ⁊ ad bonū ducis.ꝓuidētia āt dr̄ fm q⁹ reb⁹ ita ordinatis attribuit ea q̄ ordinē cōseruent ⁊ propellit oīum inordinationem.

Ad primuz ergo dōm q⁹ ꝓuidētia ⁊ dispō diuersimode cōsiderata ptinēt ad sciētiaz voluntatē ⁊ potētiā:qō sic pz ex simili ducto. pōt.n.aliquis artifex cognitionē hr̄e ō artificiatis speculatiue tm̄ sine ꝟ qō opari intēdat:⁊ sic ꝓuidētia ⁊ dispositio ei⁹ ptinet tm̄ ad sciam.Scōm aūt q⁹ vlteri⁹ ordinat in op⁹ cuz ꝓposito exequēdi ptinet ad scīaz ⁊ voluntatē.Scōz aūt q⁹ exequit in ope sic ptinet ad scīam voluntatē ⁊ potentiam per quā opatur.Ita ēt ⁊ in deo ē.Patet ēt q⁹ p̄mis duobus modis accepta sunt eterna. sed 3°modo sunt exte.Et ipsa executio ꝓuidētie gubnatio dicīt. ¶Unī pz solutio ad 2ᵐ ⁊ 3ᵐ ⁊ sil'r ad 4ᵐ.qz ꝓuidētia icludit dispositionē ⁊ addit:⁊ ꝓpter ꝟ ēt p ꝓuidētiā disponere dicīt. ¶Ad 5ᵐ dōm q⁹ ꝓuidētia ⁊ fatū dr̄nt p eēntiaz. sicut.n. forma dom⁹ ē aliud p eēntiā fz q⁹ ē in mēte artificis vbi nomē artis hz:⁊ fz q⁹ ē in lapidib⁹ ⁊ lignis vbi artificiuz dr̄.ita ēt rō gubernatiōis reꝝ aliud eē hz in mēte diuina vbi ꝓuidētia dr̄:⁊ aliud in cāis scōis q̄ruz offō gubnatio dīna explet̄:ex qbus fatū dr̄ a for faris:vel qz est qōdam effatū dīne ordinatiōis sic v̄buz vocale ē qōdaz effatum interiozis cōceptus:vel ex eo q⁹ ex harū cōsideratiōe cārum fari solebāt antiquitus de reb⁹ futuris sicut ex consideratione motus celi ꝓcipue.

¶Utrum ꝓuidētia sit omnium. II.

AD secūduz sic ꝓcedīt.vr̄ q⁹ nō oīuz sit ꝓuidētia. Ad ꝓuidētiam.n.ptinet remotio coꝝ q̄ ipediunt a fine ſz maluz dr̄ p deordinationē a fine. cum igit̄ multa mala sint in vniuerso:vr̄ q⁹ nō oīa ꝓuidētie dīne subiaceāt. ¶P̄. nihil qō casu fit ē ꝓuisum:qz casus dr̄ inopinat⁹ rei euēt⁹:⁊ fm phūm in.3.phy. ē in bis q̄ aguntr̄ pp aliqd cū aliud ꝓtīgat ꝑter qō itēdebat̄:ſz multa fiūt casu in mūdo:vt ꝓbat phūs i.6.meta. alīs oīa ex necessitate ꝓtīgerēt nisi cāe aliq̄ ōficerēt vt in mīozi pte qō casuz iducit.q̄ nō oīa sūt ꝓuisa a deo. ¶P̄.oē qō ē ꝓuisū ē ordinatū in vnū:ſz libe.arbitriū nō ē ordiatū in vnū:ſz se hz ad vtrūlibz.q̄ ea q̄ sunt a li.ar. ꝓuidētie dīne nō subiacent. ¶P̄.oē qō ē ꝓuisuz ꝓsegt̄ finē vt in plīb⁹ nisi sit ꝓuidētia errās:ſz malū iueniī vt in plīb⁹ qō est fm exitum a fine.q̄ vniuersuz ꝓuidētia nr̄a erit. ¶P̄. ꝓuidentie ꝓpriū ē ordinare.ſz multa ioordinate ꝓtīgūt in vniuerso:tā in reb⁹ nālib⁹ sic qō estates sunt pluuiose ⁊ hyemes sicce:quā ēt in hoībus: vt q⁹ iusti ab impys puniunt̄:qui ꝓsperitatib⁹ affluunt ⁊ multa hō. ergo videt̄ q⁹ vniuersum ꝓuidētia nō regat̄. ¶P̄.Abac.i.dr̄.Nūquid facies boies ⁊ pisces maris:⁊ ꝟ dicit admirando ea que videntur inordinate in homīb⁹ cōtingere. ergo vr̄ q⁹ ad bruta nō se extendat dei ꝓuidētia.

Sed contra est qō dr̄ sap̄.iz.q⁹ ē ei cura de oīb⁹: sed noīe cure vel sollicitudīs ꝓuidētia signat̄.q̄ ꝓuidētia ei⁹ ad omnia se extēdit.

Respondeo dōm q⁹ ꝟ qō fere ab omnib⁹ sapientibus ventilata est:⁊ ideo oz diuersozum positiones videre vt errozibus euitatis viaz veritatis teneamus.Sciēduz est q̄ ꝓmo q⁹ qdā posuerūt nullius rei eē ꝓuidētiā:ſz oīa casu cōtingere:⁊ ista fuit positio Democriti ⁊ quasi oīum antiquoꝝ nālium. qui negauerunt cām agentē:⁊ posuerūt tm̄ cām materialez: sed ꝟ positio satis efficaciter in phūa ꝓbata ē. Alij posuerūt ꝓuidētiam esse quarūdā reꝝ ⁊ nō oīum.Et hi diuidūtur in duas vias. Quedā.n. positio est q⁹ ꝓuidētia dei nō se extendit nisi ad spēs ⁊ nō ad idiuidua nisi q̄ necessaria sunt: eo q⁹ ponebant illud qō exit cursuz suuz ꝓuidētie legibus nō subiacere:⁊ iō ea que frequēter deficiunt a cursu ordinato nō sunt ꝓuisa:sicut ꝑticularia cozruptibilia ⁊ generabilia:⁊ ista opinio ꝓponīt Ar.quāuis ex verbis suis expresse haberi nō possit.sed Cōmē.suus expresse ponit eam in.ii.metaphy.Dicit.n.q⁹ nō est fas dīne bonitati hr̄e sollicitudinē de singulārib⁹ nisi fm q⁹ habent cōicationē in natura cōmuni:sicut q⁹ aranea sciat facere telam ⁊ hō.Sed ꝟ opinio expresse tollit iudiciuz dei de operibus hominuz.Et ideo alia positio fuit q⁹ deus ꝓuidentiaz hz de omnib⁹ q̄ dicta sūt ⁊ vlterius de idiuiduis hoīum:nō tm̄ fm q⁹ cōicant in specie: sed ēt fm particulares actus eoꝝ:⁊ hāc ponit Rabymoyses:⁊ rōnem assignat:ex eo q⁹ in hoīe ēt particulari iueniī nā intellectualis:per quā cōprehēdit itellectu suo formā speciei in q̄tū est spēs:qz itellectus attribuit intētionez vniuersalitatis nāe apprehēse:quā nō hz in reb⁹ extra aīaz:⁊ iō idiuiduū hominis ēt nō deseriī a ꝓuidētia:q̄ est spērum:⁊ ꝑcipue qz cōicat cū substātys ꝑpetuis:q̄ruz ēt est per se ꝓuidētia ⁊ fm idiuidua.⁊ ꝟ q̄tū ad nobiliozē partē eiꝰ q̄ est itellectus.Sz qz dīna cognitio eq̄lr est singulariū ⁊ vlīum.vt supra habitū ē:⁊ ei⁹ q̄ sūme bon⁹ ē:est ordinare oīa ad finez fm q⁹ nata sunt:nō vr̄ ꝓueniēs nō oīuz ēt singulariū ꝓuidētiā eē.Et ꝑterea ꝟ ē expīsse ℨ sniaz dñi. Mat.io.dicētis q⁹ vn⁹ ex pascerib⁹ nō cadit in terrā sine pr̄e celesti .i.sine ꝓuidētia eius. Alioꝝ positio est q⁹ de⁹ oīum prouidentiam hēat.Sz hoꝝ qdā dix̄t oīum ꝓuidentiā eq̄liter esse:⁊ hos necesse ē incidere in tres errozes. Quidaz enīz estimātes simul eē ꝓuidētiā bonoꝝ ⁊ maloꝝ: cuz ꝟ duo nō possint eē intenta ab vno agēte:coacti sunt ponere duos deos:quoruz vnus ꝓuidet bona: alius mala fm heresim manicheoruz.Et ꝟ positio sufficienter a sanctis ⁊ phūs ꝓbata est:qz maluz nō habz cām efficientē nec pōt esse intentū.Alij estimātes q⁹ simil'r sit ꝓuidētia cōtingentiū ⁊ necessariozū coacti sunt libeꝝ arbitriū ⁊ contingētiā negare asserētes cūcta q̄ ꝓuidētie subiacent ex necessitate euenire:qō ad sensuz pz eē falsuz.Alij estimātes similiter esse ꝓuidētiā rōnabiliū ⁊ irrōnabiliuz coacti sunt ponere q⁹ nihil mali ēt brutis cōtingit: qō nō sit in penam eis ꝓuisum vel in occasionē maiozis ꝑmy. vñ ponūt q⁹ peccatū est occidere brutū sicut ⁊ boiez: qō quidam heretici nostri tpis sentire videntr̄. Sz qz ꝟ oīa a fide aliena sūt:iō simpl'r dōm ē q⁹ oīa ꝓuidētie subiacent: sed nō eodē mō:et q̄liter ꝟ sit vidēdū ē.Dcīm est.n.q⁹ ꝓuidētia dispositionē supponit q̄ ordinē in rebus ōterminat in diuersaruz nāruz gradu saluatuz. cum igit̄ ꝓuidētie nō sit destruere ordinē reruz:explet̄ effectus ꝓuidētie in rebus fm cōuenientiaz rei ꝓut nata ē cōseq finē. Sic̄.n.dicit Dio.4.c.de diui.no.non est ꝓuidentie nām rei destruere sed saluare:⁊ iō quasdaz res sic instituit vt fm suam cōditionē ꝓsequant̄ finē ꝑ p̄nm qō ē nā:ī aliqbus super ꝟ p̄nm addidit aliō:qō ē volūtas. Jn bis aūt q cōsequunt̄ finē ꝑ p̄nm qō est nā iueniī qdaz gradus:eo q⁹ quarūdā reꝝ nā ipediri nō pōt a cōsecutiōe effectus sui:⁊ iste est gradus altioꝝ sic̄ ē in cozpozib⁹ celestibus. vñ in bis nihil cōtingit nō itentū a deo ex defectu ipsoruz:⁊

ꝑpter ꝟ Aui. dicit q̄ supra ordē lume nō ē malū. Aliq̄ aūt gradus nature ē q̄ ipediri pōt ⁊ deficere: sic̄ nā gnābiliuz ⁊ corruptibiliū: ⁊ quāuis ista nā sit iferior in bonitate: tñ etiā bona est: ⁊ meli⁹ ē q̄ ytraq; sit simul q̄ altera tñ. Si aūt de⁹ cōtulisset huic nāe q̄ nūq̄ deficeret iaz non esset ꝟ nā sed alia: ⁊ sic nō cēt ytraq; nā in q̄ vniuersi pfe ctioni derogaret. Uñ bāc nāz ꝺdidit ꝑsciēs defectū ꝺtīgentē q est malū nāe: sz nō est itēdēs. Sz ita ꝓuidit vt si malum cōtingeret ex defectu alicui⁹ nāe qō ordinaret ī bonū: sicut videm⁹ q̄ corruptio vni⁹ est gnātio alteri⁹. ⁊ iste modus ꝓuidētie extēdit se ēt vsq; ad bruta aialia: q̄ poti⁹ agunt istinctu nāe q̄ electiōe volūtatis. Et iō malum qō accidit in eis recōpēsat per bonū nāe: nō p bonū ꝓmu: sic̄ q̄ moꝛs muscę est vict⁹ aranee. Sz in nobiliozibus creaturis iuenit aliud ꝑn̄m ꝑter nāz qō est voluntas: qō quāto vicini⁹ est deo tāto a necessitate nāliū cārū magis est liberū. vt dicit Boe. ⁊ iō ex cōditiōe sua sequitur q̄ rectū ordinez tenere possit tendēdo in finez. ⁊ ēt defi cere: si aut ineuitabiliter in finē tēderet per dīnā ꝓuidē tiam tolleret sibi ꝺditio sue nāe: vt dicit Diony. ⁊ iō tali ter a ꝺo istituta est: vt ēt deficere posset: ita tñ q̄ in ptāte ei⁹ cēt deficere vel nō deficere: qō nō erat in defectu nā lis ꝓncipy. Et istos defect⁹ volūtatū cōtingētes ꝑter in tentionē ꝓuidētie preſciuit de⁹: ⁊ ordinauit eos in bonū nō tñ nāe: sz ēt singularis grē sic̄ in bonū iustitie: q̄ ostē ditur dū culpa p penā ordinat: ⁊ in bonū volūtatis alio rum: q̄ per eoꝝ nequitiā vel corrigunt de peccatis vel in meritis ⁊ glīa crescunt: ⁊ in multa alia q̄ būana rō nō suf ficit explicare. Uñ pz q̄ bonū ⁊ malū subiacēt diuine ꝓ uidentie: sz malū tanq̄ ꝑscitū ⁊ ordinatū: sed nō vt itēt ū a deo: bonū vero q̄si intētū. Sz necessariū ita q̄ defice re nō possit ⁊ cōtingēs ita q̄ deficere possit: ⁊ voluntariū ita q̄ penā vel ꝓmiū habeat: aut in ꝓmiū vel in penā ali cuius ordinet. Nāle aūt ita q̄ ꝺsequat finez nālez si bo num est: ⁊ cedat in bonū alteri⁹ nāe si malū est.

Ad primum ergo dōz est q̄ ꝓuidētie ē dirigere vnūqōq; in finem ⁊ subtrahere im pedimenta: salnata tū nā in finē directa: ex cui⁹ cōditio ne mala cōtingūt: ⁊ nō ex dīna intentiōe q̄ ipsa mala ī bo num ordinat. ¶ Ad scām dōm q̄ effect⁹ cōsequit condi tionē cāe sue ꝓxime: ⁊ iō q̄uis sit aliq̄d a deo ꝓuisum dr casu fieri si accidat ꝑter itentionē nāe operātis. Uel fo rtuna: si accidit ꝑter itentionē agentis a ꝓpositō. ¶ Ad 3m dōm q̄ liber ar. per se ordinatū ē ad vnū. s. ad bonuz ita q̄ ab eo deficere possit. ⁊ q̄ ꝟ in ipso sit. Si enim ineui tabiliter in vnū tēderet tolleret ratio voluntatis in tali nā. ¶ Ad 4rtuz dōm q̄ malū pōt accipi. Uel in reb⁹ nā libus. Uel in volūtarys. Et si accipiat in nālib⁹ cōstat q̄ malū est vt in pauciozib⁹: tū fm suppositā: qz malum na ture nō cōtingit nisi in spera gnābiliū ⁊ corruptibiliū: q̄ ē parue q̄titatis respectu corpoꝝ celestiū: in q̄b⁹ maluz eē nō pōt: qz īcorruptibilia sunt: ⁊ mot⁹ eoꝝ ꝺordinationem hr̄e nō pñt: cū semp eodē mō sint: tū ēt qz ī cōsiderādo in eodē: qz cāe nāles ꝺsequunt effect⁹ suos in maiori pte: et deficiūt in minori: ⁊ ex ꝟ malū icidit: sz in volūtarys etiā q̄tum ad nūeruz iuenit malū vt in pauciozib⁹ in nā āge lica: qz multo plures fuerūt remanētes q̄ cadentes. ⁊ fo rte etiaz plures q̄ oēs dānandi demones ⁊ boies. Sed in nā humana bonū vr̄ eē vt in pauciozib⁹. Et bꝫ rō pōt a ſignari dupl'r. Una est ꝑpter corruptionez būane natu re ex peccato originali quā ēt de⁹ ꝓuidit ⁊ ꝓordinauit si cut ⁊ alia mala: sed nō ꝓhibuit vt nā maneret ī sua liber tate qua subtracta nāe rō deperiret. Alia rō sumi pōt ex ipsa nā cōditionis humane. Sic̄. n. in nālibus iuenit tri plex gradus. Aliq̄d. n. est qō bz eē tū in actu: ⁊ huic nllus defectus essendi aduenire pōt. Aliq̄d aūt est qō ē tñ ī po tētia sic̄ mā p⁹. ⁊ ꝟ sp bz defectū nisi remoueat per aliq̄ agens reducēs eaz in actū. Est ēt aliq̄d qō bz actū admix tum ꝓuationi: ⁊ ꝟ pp actū dirigentē in ope recte operat vt in maiori pte: deficit aūt in miori: sic̄ pz in nā gnābiliū ⁊ corruptibiliū. Ita ēt est in ītellectualib⁹. Est. n. aliq̄ ītel lectualis nā q̄ est actus cōplet⁹ sine admixtiōe alicuius ꝓuatōis vel potētie: ⁊ ex hac nō pōt aliq̄d nō rectū proce dere: sic̄ pz de deo. Est ēt q̄dā nā cui admisceat potētia: sz tñ in ipsa sua nā bz aliquē actū dirigētē in opōne sic̄ ē in angelis: ⁊ iō talis nā deficit a rectitudie vt in minori pte: Sz in nā būana pfectiōes scōe q̄b⁹ dirigunt opa nō sūt ī nate: sed vel acq̄site vel ifuse. vñ Lōmē. in. 3. de aīa cōpa rat ītellectū potētialē būanū māe ꝑme. ⁊ pbus tabule in q̄ nihil scriptū est: ⁊ iō ipsa nā būana in se cōsiderata eq̄ liter se bz ꝺ differēter ad oīa vel ītelligēda vel facienda: ⁊ qz maluz cōtingit multipharīā fm Dio. ⁊ bonū vno mō: ⁊ ideo vt in plurib⁹ flectit in malū. Sic. n. cōsiderata nā humana nōdū est vt agēs pfectum: nisi respectu nāliū opationū: sed tūc est agēs pfectū q̄tū ad oēs suas opera tiones q̄ iam pfecta ē pfectiōib⁹ scōis q̄ sūt vtutes. ⁊ iō q̄ determinat per pfectionē scōaz vel ifusaz vl acq̄sitā: tūc determinat ad vnū: vel ad qō tēdat vt in maiori pte sicut in statu vie: vel vt sp: sic̄ in statu patrie. Et iō tullius cōparat vtutē nāe dicēs: q̄ ē habit⁹ volūtari⁹ in mo⁹ nāe rōni cōsentaneus: ⁊ iō volūtas pfecta vtute iustitie se bz ad opa iusta: sic̄ ignis ad motū sursuz. ⁊ per ꝟ ēt pz q̄ ma gis seruat ordo ꝓuidētie in bonis q̄ in malis. ¶ Ad 5m dōm q̄ gcgd est in mūdo totū ordinatū est: q̄uis rō ordi nis nobis nō appeat in gbusdā: ⁊ ꝑcipue in volūtarys: cū malis quādoq; bona: quādoq; mala eueniāt: ⁊ similiter bonis. Sed ratio ordinis hui⁹ scitur a deo: sicut medicus scit: quare gbusdā egris quandoq; det calida: ⁊ quādoq; frigida: ⁊ similiter sanis: qō tamen ignorans artez admi ratur. vt dicit Boe. ista tamē inordinatio si diligēter ad uertit nō inuenit in his: ad que per se ordinant humana opera: ⁊ q̄ p se sunt tñ bona vel mala. Habz. n. bonū op⁹ semp sibi adiūctū bonitatis ꝓmiū in perfectione vtutis q̄ est bonū būanū: ⁊ in consecutione beatitudinis ad quā opera humana ordinant: ⁊ ecōtrario est de malis. Sed ista ꝓmixtio vr̄ accidere in his bonis q̄ extra hominē sūt vel q̄ nō sunt bona ei⁹ inq̄ntū est hō: sicut ī bonis corpo ralibus ⁊ in bonis foꝛtune: cū tamē ista ꝓmixtio sp ordinet ad id qō ē per se boīs bonū vel grē vel glie fm apo. Ro. 8. diligētib⁹ deū oīa cooperant in bonū: vel in iustitie di uine manifestationē. frequēter. n. ipy ꝓsperant in hac vi ta: vt manifestioꝛ appareat in iudicio eoꝝ animaduer sio. ¶ Ad sextuz dōm q̄ ex illa auctoꝛitate inuit q̄ non est ſil'r ꝓuidentia de brutis ⁊ de hominibus: ⁊ ꝟ verū est vt ex predictis patet.

¶ An aliquis predestinatoꝝ possit dānari vel reproboꝝ saluari. ¶ Distin. XL.

Prædestinatoꝝ nullus vr̄ posse dā nari: nec reproboꝝ aliq̄s posse sal uari. Uñ Aug. in lib. de corrector ne ⁊ gra. In apoca. inquit dr. Te ne q̄ habes ne ali⁹ accipiat coro nam tuā. Si ali⁹ nō ē accepturus nisi iste pdi derit: cert⁹ ē electoꝝ nūerus. i. non pōt auge rī vl minui. Ad hoc aūt quidam obijciūt nitē tes probare nūerū electoꝝ posse augeri ⁊ mi nui sic. Posset deus nō apponere gram qbus

apponit ꝛ posset subtrahere qb⁹ nō subtrahit: qō si faceret vtiqꝫ dānarent. Posset ꝫ dānari isti q tñ saluabunt. Posset itaqꝫ minui electoꝝ nūer⁹. Ita ēt posset augeri: qz posset apponi gra qb⁹ nō apponit p quā saluarent. Possent ꝫ saluari habita gra: q tñ sine ea dānabuntur: posset itaqꝫ augeri nūer⁹ electoꝝ. Quibus rñdem⁹ ex ea rōne dcm̄ esse. ꝛ verū eē: nūeruꝫ electorū nō posse augeri vel minui: qz nō potest vtrūqꝫ sil eē. ſ. vt aliqs saluet ꝛ nō sit p̄destinatus: vel vt aliqs p̄destinat⁹ sit ꝛ dānet. Intelligētia.n. cōditiōis iplicite: veritatē facit ī dicto: ꝛ ipossibilitatē in ꝟo. Si ꝟo simplr itelligat: ipossibilitas nō admittit: vt cū dr. p̄destinatus pōt vel ñ pōt dānari: ꝛ reprob⁹ pōt saluari. In his.n. ꝛ huiusmōi locutiōib⁹ ex rōne dicti dūdicanda est sīa dictiōis. Alia nāqꝫ fit itelligentia: si per ꝫiūctionem hec accipiant dicta: arqꝫ alia si p disiūctionē: vt supra cū de p̄scia agebatur p̄tratū ē. Si.n. cū dicis p̄destinat⁹ nō pōt dānari itelligas ita. i. nō pōt esse vt p̄destinat⁹ sit ꝛ dānet: verū dicis: qz ꝫiuncti itelligis: falsum aūt si disiunctiz: vt si itelligas istū nō posse dānari quē dico p̄destinatū: potuit eni nō eē predestinatus: ꝛ ita damnaretur.

¶ Quō adhuc instant questioni.

Erūtñ adhuc instāt. ꝛ fm cōiūctionē argumētādo ita ꝓcedūt. Nō.n. iquiūt pōt esse vt aliqs p̄destinat⁹ sit ꝛ dānetur. Utrūqꝫ istoꝝ sil eē nō pōt. ꝫ alterū boꝝ nō pōt nō eē. ſ. qn iste sit p̄destinat⁹: ab eterno eni p̄destinat⁹ ē: ꝛ nō pōt mō nō eē p̄destiat⁹. Cuz ꝫ ipole sit sil vtrūqꝫ eē. ꝛ ipole sit alterū nō eē. videt nō posse alterū eē. ſ. vt dānet. Dō si est ꝫ nō pōt eē: vt non saluet. In hui⁹ qōnis solone: mallem alios audire q̄z docere. Dicim⁹ tñ de p̄scia sil̄em posse moueri qōnē. Jōqꝫ tā h q̄z ibi vnā facim⁹ rñsionē dicētes determinādū fore illud cui initit tota h qō. ſ. ipole est alterū istoꝝ nō eē. ſ. qn iste mō sit p̄destinat⁹: ab eterno eni iste p̄destinat⁹ ē. Distiguēdū.n. est cū ait. Iste nō pōt mō nō esse predestinat⁹: vel non pōt mo do esse quin sit predestinatus: hoc eniz coniunctim ꝛ disiunctim itelligi potest. Nō enim pōt esse vt ab eterno sit predestinatus: ꝛ modo nō sit predestinatus: nec pōt eē simul vt sit predestinatus: ꝛ nō sit predestinatus: sed tamē potuit esse ab eterno q nō esset predestinatus. ꝛ potuit ab eterno nō esse predestinatus. Et sic ab eterno deus potuit euz nō predestinare: ita conceditur a quibusdaz q ꝛ modo potest de⁹ eum non predestinasse: ab eterno ergo potest deus nō predestinasse eū: ergo pōt iste nō fuisse predestinatus. Si vero nō fuisset p̄destinatus nec modo esset predestinatus: ergo modo pōt non esse predestinatus. Ita ꝛ de p̄scientia ꝛ de p̄scitis dicunt: q in actionibus vel in operationibus dei ꝛ hominum nullatenus concedunt. Ex quo eniz aliquid factum est vel dictū non concedunt q possit non esse vel nō fuisse: imo impossibile est non esse vel non fuisse qō factum est vel dictum: referentes possibilitatem vel impossibilitatez ad naturam rei existētis. Cuz vero de prescientia vel de predestinatione dei agitur: possibilitas vel impossibilitas ad potentiam dei refertur: que semper eadem fuit ꝛ est: quia predestinatio: prescientia: potētia vnum in deo est.

¶ Quid sit reprobatio dei: ꝛ in quibus cōsisteret: ꝛ quis sit p̄destinationis effectus.

Cumqꝫ predestinatio sit gratie preparatio. i. diuina electio qua elegit quos voluit ante mundi constitutionē: vt ait apostolus. Reprobatio ecōuerso intelligēda est p̄sciētia iniquitatis quorūdam ꝛ preparatio dānationis eorūdem. Sicut enim predestinationis effectus illa gratia est: qua in p̄nti iustificamur atqꝫ ad recte viuēduz ꝛ in bono perseuerādū adiuuamur ꝛ illa qua in futuro beatificamur. Ita reprobatio dei q̄ ab eterno non eligēdo quosdā reprobauit: ꝫz duo cōsideraī: quorū alterū prescit ꝛ nō p̄parat. i. iniquitatē: alterū prescit ꝛ p̄parat. ſ. eternā penā. Añ Aug. ad ꝓsperū ꝛ Hilariū. Hec inquit regula icōcusse tenēda ē: peccatores in peccatis p̄scitos eē nō preparatos: penā aūt eē preparatam. Preparauit.n. de⁹: vt ait Aug. in lib. de bono pseuerātie. in prescientia sua quib⁹ voluit bona sua: ꝛ quibuscūqꝫ donat procul dubio se donaturū eē p̄sciuit. Preparauit ēt de⁹: vt ait Fulgēti⁹: malis ignē eternum: illis vtiqꝫ quos iuste p̄parauit ad luēda supplicia: nec tñ p̄parauit ad facienda pcta. Preparauit.n. de⁹ qō dina equitas redderet: nō qō hūana iniquitas admitteret. Nō.n. sic preparauit scōs ad iustitiā peipiēdaz: sic p̄parauit iniquos ad iniustitiā admittēdā: qz prauitatis preparator nunqꝫ fuit. Sic ꝫ predestiatio dei ꝓprie ē prescia ꝛ preparatio bñficioꝝ dei q̄bus certissime liberā tur qcūqꝫ liberant: ita reprobatio dei ē prescientia malitie in quibusdā non finiende: ꝛ preparatio pene nō terminande. Et sicut predestinatiōis effect⁹ ē gratie appositio: ita reprobationis eterne quodāmodo effect⁹ cē videt obdu-

ratio. Nec obdurat deus: vt ait Aug. ad Sixtum: ipartiēdo malitiā: ꝫ nō ipartiēdo gratiaz sicut nec digni sūt. Quib⁹.n. nō ipartit: nec digni sūt: nec merent poti⁹ vt nō ipartiat: hoc digni sūt hoc merent. Uñ apl's ait. Cui⁹ vult miseret de⁹ ꝛ quē vult idurat: misericordiā appellans p̄destinationē ꝛ p̄cipue p̄destinatōis effectuz. i. gr̄e appositionē: obdurationē vero gr̄e priuationē. Nō.n. vt ait Augu. ad Simplicianuz: itelligēduz ē q⁹ de⁹ ita idurat: quasi quēq̄ peccare cogat: sed tm̄ qbusdaz peccatoribus⁹ misericordiā iustificatiōis sue nō largit: ꝛ ob hoc eos indurare dicit: qz nō eoz miseret: nō qz impellit vt peccent. Eoz aūt nō miseret: qb⁹ gratiam nō esse p̄bendā equitate occultissima ꝛ ab humanis sensib⁹ remotissima iudicat: quā nō aperit sed mirat apl's dicens. O altitudo diuitiarum sapiētie ꝛ scientie dei.

¶ Diuisio textus.

Postquā determiauit de scia dei in cōi ꝫ spāl'r de p̄destinatiōe determinat. Et diuidit in ptes duas. In p̄ⁿ ōterminat gd sit p̄destinatio. In zª ōtermiat de cālitate ei⁹. vtz. s. fit cā p̄ma vel bēat aliā. ibi. (Si aūt q̄rim⁹ meritū ⁊c.) 4i. di. Prima in duas. In p̄ma ōterminat de p̄destinatiōe. In zª de reprobatione. ibi. (Cūq̄ p̄destinatio ⁊c.) p̄ª in duas. In p̄ª oñdit gd sit p̄destiatio ꝛ q̄rū sit. In zª ōtermiat de p̄destiatiōis certitudie. ibi (Predestinatoz nll's ⁊c.) Circa qō tria fac. Prio oñdit p̄destiatōis certitudinē. Scōo ponit obonē in ꝛiū. ibi (Ad ꝫ āt obyciunt ⁊c.) ꝫ⁹ponit rñsionē. ibi. (Quib⁹ rñdem⁹ ⁊c.) Circa qō ēt tria fac. p̄ rñdet ad p̄mā obonē. zº obycit ꝛtra rñsionē. ibi. (Uerū tm̄ ad ꝫ istant ⁊c.) ꝫ⁹soluit obm. ibi. (In huius questionis ⁊c.)

Questio. I.

Hic est duplex qō. p̄ª ē de p̄destiatione. zª de reprobatōe. Circa p̄ᵐ q̄runt tria. p̄ gd sit p̄destinatio. zº quoz sit. ꝫ⁹de certitudine ei⁹. ¶ Circa p̄muz querunt duo. Prio vtz p̄destinatio sit aliqd in creatura vel tm̄ in deo. zº gd in deo nominet.

¶ Utz p̄destinatio sit aliqd in p̄destinato. I.

Ad primū sic ꝓcedit. vr̄ q⁹ p̄destinatio sit aliqd in re p̄destinata. Ois.n. actio fert ex se passionē: sed cuz dr̄ de⁹ p̄destinat significat in vbo act⁹ diuin⁹. g̃ vr̄ q⁹ rñdeat sibi aliq̄ passio in creatura q̄ sit p̄destinatio passiue dicta: sicut ēt de creatiōe est. ꝟuenitur enī creatio actio ꝛ creatio passio. ¶ Ꝑ. ois denominatio fit fm aliquā formā iherentē: sic fm q̄litatez dicimur q̄les: sed p̄destinatiōe aliqs denominat: cū p̄destinat⁹ dr̄. g̃ vr̄ q⁹ p̄destinatio sit aliqd in ipso. ¶ Ꝑ. cōparatio est eorum q̄ sūt vni⁹ gnis: ꝫ in glo. Jo. i. dr̄ q⁹ meli⁹ erat natbanaeli duas naturas in xp̄o cogscere q̄ p̄destinatū esse cū igit cognitio nārum cui cōparat p̄destinatio in ipo aliqd ponat. videtur q⁹ predestiatio sit aliqd in predestinato. ¶ Ꝑ. nullum eternuz diffinit per tpale: sed p̄destinatio diffinit per tpale: qz dr̄ q⁹ ē iperatio gr̄e in p̄nti: ꝛ glie i futuro. g̃ nō est eterna: sed ois actio q̄ tpal'r de deo dr̄ ponit aliquē effectū in creatura: sicut regere gubernare ꝛ hm̄. g̃ vr̄ q⁹ p̄destinatio sit aliqd ēt in predestinato.

Sed contra nō eligunt nisi p̄destinati: ꝫ eligunt g nō sūt vt dic̄ Aug. g̃ vr̄ q⁹ p̄destinatio sit nō entiū: ꝫ i nō ente nō p̄t aliqd eē. g̃ p̄destiatio nō ē aliqd in p̄destiato. ¶ Ꝑ. vt. s. dixit magr. p̄destiatio est q̄dā spēs scie dine: sed scia nihil est in scito: ꝫ tm̄ in sciēte. g̃ vr̄ q⁹ p̄destinatio nō ponat aliqd in p̄destinato.

Respondeo dōm q⁹ ponere aliqd in alio pōt itelligi dupl'r. Aut q⁹ ipz significatū per nomē in aliq̄ eē dicat: sic albedo ponit aliqd in albo: ꝛ sic dico q⁹ p̄destiatio nō ponit aliqd i p̄destinato ꝫ in p̄destināte tm̄. Aut ita q⁹ ad significatū qō ē i vno segt aliquid eē in alio: sic p̄nitas ponit aliqd in filio: cū tm̄ ipsa ꝫ suū esse in p̄re tm̄ sit: sed dr̄ ponere aliqd in filio inq̄tū ad paternitatē sequit aliqd eē in filio. Sz ꝫ cōtigit dupl'r. Ut qz relinquat illud eē in alio sil: sicut p̄nitas relingt filiationē. Aut nō necio sil: ꝫ vel pus vl' posteri⁹ sic audit⁹ ponit pcussionē sonātē sil. Aut pus: ꝛ ꝫ mō dico q⁹ p̄destinatio ponit aliqd in p̄destinato: qz ad opationē bāc dei segt effect⁹ p̄destiationis in eē p̄destinato nō semp q̄cūq̄ ē predestinatio: sed q̄nq̄. ꝛ ꝫ effect⁹ ē gratia ꝛ glia.

Ad primuz g̃ dōm q⁹ vt pbs tradit in. 9. metaph. Actionū q̄dam transeūt in exteriorē mām: circa quā aliquē effectuz operant: vt pz in actionibus naturalib⁹: sicut ignis calefacit lignū: ꝛ in artificialibus sicut edificator facit domū ex mā. ꝛ in talib⁹ actio est recepta in eo qō fit: per modū passionis: fm q⁹ mot⁹ ē in moto vt in subo: ꝛ iō in talib⁹ est ꝟuenire actionez in re agente ꝛ passionē in re patiēte. Quedaz vero sunt q̄ exteriorem mām nō trāseunt: vt effectū aliquē circa ipsam ꝓducant: vt pz in visione q̄ cum sit actio vidētis nullum effectum in re visa efficit: ꝛ tales actiōes q̄ ꝓprie opationes dicunt: in ipsis operantib⁹ tm̄ sunt. Uñ ꝛ nō pōt fieri cōuersio passionis ad actionem acceptā a re exteriori fm q⁹ in se est: sed solū fm q⁹ in operante ē: ꝛ si enī oculus videt lapidē: lapis tamē nō videt nisi fm q⁹ ē in oculo q̄ sui similitudinē. Scōm ꝫ g̃ dico: q⁹ cātio est talis actio q̄ effectū exteriorez relingt. Unde oz passiue sumptā creationē aliqd in re cāta eē: sicut calefactionez in calefacto. p̄destinatio vo cū nominet opationē volūtatis ꝛ itellect⁹ exītē solum in ipso opante. sicut visio in videntez speculatio in speculāte: si passiue accipiat nō erit aliqd in p̄destinato fm q⁹ in se cōsiderat: sed solū fm q⁹ in p̄destinante ē fm suā similitudinē: per quā ibi cognoscit: sic ꝛ sciuz in sciente: ex quo ēt pz q⁹ p̄destinatio nō ponat p aliquā passionē in ipso exītē sz p opōnē ipsi⁹ p̄destinantis sic ꝛ reōnoscat visa p opōnē videntis. Uel al'r dr̄: q⁹ p̄destinatio ꝓprie loquēdo de actōe fm q⁹ in nālib⁹ sumit nō ē actio sz opatio. Opatio.n. agētis q̄dā ē vt transiens in effectū: ꝛ ꝫ ꝓprie actio vel passio dr̄: ꝛ tali actioni semp rñdet eē passio. vñ ꝟuenit calefactio actio ꝛ calefactio passio: ꝛ similiter creatio actio ꝛ creatio passio. Quedaz vo opatio est que nō significat vt ꝓcedens in aliquē effectuz sz magis fm q⁹ est aliqd in ipso. ꝛ sigdem ꝫ recipiat in ipso illa receptio dicet passio: ꝛ actio ꝛñs cōiunctuz ex recepto ꝛ recipiente dicet opatio: qz opatio semp ē pfecti: vt pz i sensu. sentire.n. ē q̄dā opatio sentiētis nec ꝓcedēs i effectuz aliquē circa sensibile: sz magis fm q⁹ spēs sensibil' in ipso est. vñ sentire q̄tū ad ipam receptōez spēi sensibil' noiat passionē: sil'r ꝛ itelligere qō ēt pati qōdā ē: vt in 3º de aia dr̄: sz q̄tū ad actū ꝛñtez ipm sensuz pfectū p spēm noiat opōnē q̄ dr̄ mot⁹ sensus de q̄ dic̄ pbus in 3º de aia: qō est act⁹ pfecti. Sz in ōo ē silitudo rei cognite: nō p receptionē sz per eēntiā suā. vñ suū itelligere nullo mō dic̄ passionē sz opationē tm̄. Oēs igit tales opōnes nō bñt passiones rñdentes nisi per modū significādi tm̄: sic cum dicit

aliquid sciri nō ponit aliq̄ passio ſm rez in scito. sed solū quidā respect⁹ ad sciētē ſm rōnem: g per modū passiōis significat a grāmatico: sic⁊ opatio per modū actiōis. vñ dicit g scire est actiuū: ⁊ sciri passiuū. Uñ dico g p̄destinatio est q̄dam opatio dīna: ⁊ p̄destinari nō ponit aliquā passionē in p̄destinato: sed solū respectū quēdaz ſm mo⁹ intelligēdi. qui respect⁹ relinquit ex assimilatiōe sciti q̄ ē in sciēte. ¶ Ad 2⁹ dōm g in oīb⁹ absolutis ōnomiat aliquid p id qō sibi iest. Sz in relatiuis q̄nq; ōnoiat aliqd p id qō in ipso ē: sic pr̄ pr̄nitate q̄ realr in ipso ē. Q̄nq; aūt ōnoiat eo g solū in altero ē: sic in illis in q̄ruz vno ē rel'o ſm rē ⁊ in alio ſm rōnē tm̄. vñ dicit plōs in. 5. meta. g scibile dr relatiuū nō q; ipm referat sed q; aliud refert ad ipm: ⁊ ita pz g p̄destinatio ſm rem nihil est nisi in itellectu diuino. ¶ Ad 3⁹ dōm g comparatio illa nō attēdit absolute cognitiōis duaz nāruz in xpo ad p̄destinatōez: sz cognitionis simul cū p̄destinatiōe ad p̄destinationē sil' cū statu veteris legis. p̄destiatio. n. stat cū vtroq; Uñ dicit g meli⁹ ē nathanaeli cog̃scere xc. q̄z ee p̄destiatū ⁊ manere subymbra legis ⁊ mortis. Ac si diceret meli⁹ est esse p̄destinatū ⁊ hr̄e gr̄am noui testamēti q̄z ee p̄destinatū ⁊ nō hr̄e gr̄az noui testamēti: q; p̄destiatio currit cū vtroq; testō. ¶ Ad 4⁹ dōz g tpale nō ponit in diffōne eterni i recto. q. denotās subaz eterni: sz in obliq̄ nihil ꝓhibet poni vt significet respect⁹ eterni ad tēporale: ⁊ sic gr̄a ⁊ glia in diffinitione predestinationis ponit.

¶ Utrum p̄destinatio ptineat ad sciam. II.

AD secūduz sic ꝓcedit. vī g p̄destiatio ad sciaz ptineat. Qz vt dr in lr̄a. p̄destiatio sine p̄scia nō pōt esse. p̄scia aūt sciaz noiat cū ordie ad futura. ergo p̄destinatio ad sciaz ptinet. ¶ Item vī g ad volūtatē. dic. n. Aug. g p̄destinatio ē ꝓpositū miserendi. ꝓponere aūt ē act⁹ volūtatis: qz vī idē ee qō finē ōtermināre. q̄ vī g p̄destinatio ad voluntatē ptineat. ¶ Itē vī g ad potētiā: qz ꝓparare ē act⁹ potētie. sz p̄destiatio ē ꝓparatio bñficioz dei. vt in lr̄a dr. q̄ xc. ¶ Itē vī g sit idē qō ꝓuidentia vel dispō: qz p̄destinatio dr alicui⁹ in finez directio. Sz ordo in finē ptinet ad ꝓuidētiam vel dispositionē. q̄ vī g ⁊ p̄destinatio. ¶ Itē vī g sit idē qō liber vite. Uita. n. aīe est p gr̄am ⁊ gl̄iam: sz p̄destinatio ē ꝓpatio gr̄e in p̄nti: ⁊ glie in futuro: ſm magistralem diffinitionem. ergo ad librum vite pertinet.

Respondeo dōm g p̄destinatio icludit in itellectu suo ꝓuidentiam ⁊ aliqd addit: addit aūtē ad min⁹ tria. Unum ex pte ipsoz̄ p̄destinatorum: qz cū ꝓuidētia dei sit respectu oīum: ⁊ spāliter quodammō sit respectu habētiū voluntatē p̄destinatio icludit in se ꝓuidētiaz ſm illuz spāle moduz quo est boiuz ⁊ habētiū volūtatē. 2⁹ addit ex pte ipsius finis: ⁊ eoruz q̄ habent vt ꝓmouentia ad finē. cū. n. ꝓuidentia respiciat ordinē vniuscuiusq; boni ad quēlibet finem: p̄destinatio est tm̄ respectu eoz̄ q̄ sunt eleuata supra facultatez nāe: vt glie q̄ est in perfecta dei fruitiōe ⁊ gratie ꝓmouētis in ipaz. vñ dicit Dam̄. g p̄destinatio est eoz̄ q̄ nō sūt in nobis. 3⁹ addit ex pte ipsi⁹ p̄destinantis: ex cui⁹ pte videt duo addere. Primo. qz ꝓuidētia est idē qō ars gubernatiōis rez̄ q̄ ſm rōnē sui nomis pōt saluari in speculatiōe tm̄: sz p̄destinatio ipoztat ꝓuidētiaz ſm g ē ordinata ad executionē operis per volūtatē: ⁊ iō diffinit per ꝓpositū ⁊ per ꝓparationē. 2° addit p̄sciam exitus ex pte eius qō ꝓuidet. vñ ꝓpter aliqd ab ordine ꝓuidētie q̄ztum ad id qō itentū est exire: sicut de⁹ vult oēs hoies saluos fieri. sz nō oēs saluent. nō aūt ab ordine p̄destinatiōis. Dic. n. p̄destinatio itentionē dīnaz de salute ist⁹ cum p̄scientia eius qō saluabit: ⁊ ideo dr g est p̄scia ⁊ ꝓparatio.

Unde patet solutio ad ꝓmū: qz nō tm̄ ponit p̄scia in eius diffōne. ¶ Ad 2⁹ dōm g p̄positū nō simplr noiat actum voluntatis: sed p̄supponit actum cognitiōis ostēdentis finē in quē voluntas tēdit. ¶ Ad 3⁹ dōm g ꝓparatio q̄ ponit in diffinitiōe p̄destiationis nō est ſm executionē in opus: sz itelligit ſm ꝓpositum dine voluntatis. ¶ Ad 4⁹ dōm g p̄destinatio est quidā modus ꝓuidētie: sz addit aliq̄ spālia super eam vt dcm̄ est. ¶ Ad 5⁹ dōm g liber vite metaᶜᶜ dr. Sicut. n. i libro aliqd scribit ex quo i eo vitas rei intelligit: ita etiā in itellectu describunt silitudines rerū. per quas res cognoscunt. vñ itell⁹ possibilis añ itelligere ꝓparat tabule in q̄ nihil est scriptū in 3° ō aīa. Cū ḡ dr lib vite in ōo: pōt sumi vita vel ex pte dei itelligētis: ⁊ sic p̄scia creaturarū dr lib vite: qz qō factum est in ipso vita erat. Jo. i. Uel ex parte rei scite: ⁊ sic dr liber vite p̄scia vite q̄ est in conformitate ad deū. Nec aūt est duplex. s. vita gr̄e ⁊ vita gl̄ie q̄ ad perfectaz cōformitatem accedit. Uñ cuius talis vita repzesentat in libro dīne p̄scie dr simpliciter scribi in libro vite. Scōm qd aūt. s. q̄ztū ad pñtē iustitiam dicit ibi scribi. cuius vita gr̄e tm̄ ibi cognoscit. Et ēt quodammō dr̄ ibi scribi opposita boz. s. glozie ⁊ gr̄e inq̄ztum per ꝺ cognoscunt. Sic ḡ pz g liber vite ē mediū iter p̄sciētiaz cōiter sumptā ⁊ p̄destinationē: qz p̄scia est cōiter oīum: sz liber vite ē tm̄ cognitio gr̄e vel gl̄ie: sz p̄destiatio ē nō tm̄ gr̄e sz gr̄e sil' ⁊ glie. Uñ nullus dr ee p̄destinat⁹ q̄ztum ad pñtē iustitiā: sic dr scriptus i libro vite. ⁊ sup ꝺ addit predestinatio ꝓpositum voluntatis. Questio. II.

¶ Quozum sit predestinatio.

DEINDE q̄rit quoruz sit p̄destinatio. ⁊ vī g sit tm̄ eoz̄ q̄ sunt. Predestiatio. n. significat missionē quādā: sed nihil mittitur nisi qō ē. ḡ p̄destiatio ē tm̄ entis. ¶ P. qō nō est nō pōt ad aliqd ꝓparari: sed p̄destinatio est ꝓparatio q̄dā. ergo vī g nō sit nō entiuz. ¶ Itē vī g nō sit angeloz̄: qz ſm Aug. p̄destinatio est ꝓpositū miserandi: sz angeli nunq̄ fuerūt miseri: cū igit mīa miseriam respiciat. vī ḡ g eis p̄destinari nō cōpetit. ¶ Itē vī g nec btis q̄ sunt in glia: qz qō est in fine vltimo: nō pt dirigi in illud: sz bti sūt in suo fine vltimo. ḡ eis nō cōpetit p̄destinari. ¶ Itē vī g nec filio dei. Quia p̄destiatio iportat añcessionē quādā sic ⁊ p̄scia: sed respectu filij dei cū sit etern⁹ nō pōt designari aliq̄ añcessio. ḡ filio dei pre

Sed ecōtrario (destinari nō cōpetit.

vī g p̄destiatio sit oīuz boīum: qz ds ꝼz Dio. eq̄lr se bz ad oīa. ḡ si aliqb⁹ ipe ꝓparat gr̄az: ⁊ oib⁹: sz p̄destinatio ē gr̄e ꝓparatio. ḡ si aliq̄s p̄destinat ⁊ oēs p̄destiat. ¶ P. sic dirigimur in bona gr̄e a ꝺ ita ⁊ in bona nāe: qz oē bonū nr̄m ab ipo ē: sz bona nāe oib⁹ largit bonis ⁊ malis. vt hr̄ Mat. 5. cū ḡ p̄destinatio sit directio in finē: finis aūt ē bonū. vī qō p̄destiatio sit oīum.

Respondeo dōm g p̄destinatio dr esse aliquozū dupliciter. Uel sicut finis ⁊ cōferentiuz ad finē: ⁊ sic dr esse gr̄e ⁊ glie. Uel eoruz q finez cōsequūtur. ⁊ sic est oīum g gl̄iaz per dei gr̄am adipiscunt. Utrūq; aūt ex noīe p̄destinatiōis accipi pōt in quo cōiungitur actus destinationis cū hac ꝓpositiōe pre. per 2ponez adueniente: destinare aūt significat directionē alic⁹ i aliqd sicut nūcy. dr ēt alio⁹ ōstinare. vt habet. z. Machab. 6. Eleazarus destinauit nō admittere illicita. pp vite amorez. Sz ꝺ significatio vī ōducta ex p°: qō. n. ꝓponit dirigit in executiōe opis. Illud aūt ꝓpe dr dirigi i aliqd qō nō bz i se. vñ i illō vadat: ⁊ iō ꝓpe i illa dr p̄destiatio q̄ bō ex naturalib⁹ suis cōsequi nō pōt. s. gr̄az ⁊ gl̄iam. Et ideo

dicit Dam̃.q̄ pdestinatio est coꝛ q̄ nō sūt in nobis. Et iō gcgd nō pōt ꝓseq̄ gr̃am ꝛ gl̃iaz illud nō pdestinat̃:sed illi tm̃ pdestinari dr̃ q̄ ꝓsecuturi sūt gl̃iaz p gr̃az. Sz ꝟ pre/positio pre ipoꝛtat añcessionē que diuersimode diuersis ꝓuenit. Jnuenit̃.n.in pdestinatiōe hoīs añcessio eternita tis ad nām ꝛ nāe ad gr̃am ꝛ gr̃e ad gloriā. Jn angelo autē inuenit̃ anteceſſio eternitatis ad nām ꝛ nāe ad gr̃am ꝫm eos q̄ ponūt angelos tm̃ in nālib⁹ creatos:sed ꝫz eos gra/tie ad gloziam duratione. Scōm aūt alios q̄ ponūt ange los in gr̃a creatos nō inuenit̃ anteceſſio nāe ad gr̃am ꝫm durationē:sed gr̃e ad gl̃iam. Jn xp̃o aūt nō inuenit̃ añceſ/sio eternitatis ad psonā:sed tm̃ ad alteram nām:nec nāe ad gr̃az nec gr̃e ad gl̃iam q̄tū ad fruitionē:ſz solū q̄tum ad ipassibilitatez aīe ꝛ dotes coꝛporis: ꝛ sic diuersimode pdestinatio diuersis conuenit.

Ad primum g̃ dōm q̄ illi q nō sunt nec erūt non pdestinant̃:sed illi q erunt q̄uis nō sint:quos ōs scīa visiōis cognoscit: ꝛ q̄uis ipsi nō dirigan tur actu in aligd.vt in ꝓpa nā exīstes tm̃ pdirigunt̃ in fi/nem ꝓput sūt in dei pscia. ¶ Ad 2m dōm q̄ est duplex pre/paratio. Quedā māe ꝫm q̄ disponit̃ ad recipiēdū formā ꝛ sic nō ꝓparat̃ nisi qō est. Quedā aūt est ꝓparatio agētis vt sit agēs:ꝛ ista sicut est in nālib⁹ inq̄tuz agēs acgrit di/spositionē p quā agat:ita est in artifice ꝫm q̄ cōcipit for/mam artificiati:ꝛ ꝓponit eam exeq̄ in ope:ꝛ talis ꝓpara/tio est in deo ēt respectu futuroꝝ. ¶ Ad 3m dōm q̄ illa diffinitio data est de pdestinatiōe inq̄tū respicit statum ꝓsentis miserie:ꝛ nō de ipsa absolute. Uel pōt dici q̄ mi/sereri sumit̃ ꝟ nō pro amotiōe miserie ꝓus habite: ſz pro coll'one coꝛ sine q̄bus miseria eēt:ꝛ ꝑcipue q̄ sola gratuita volūtate ꝓferunt̃. ¶ Ad 4m dōm q̄ pdestinat⁹ pōt ac cipi dupl'r:vl'participial'r ꝫm q̄ ꝓsignificat tps ꝓteritū:ꝛ sic exīstes in pr̃ia sunt pdestinati: q̄ qō semel est ꝓteritū semp erit ꝓteritū. Uel alio mō pōt sumi neutral'r:ꝛ sic nō ꝓprie pñt dici pdestinati nisi ꝫm q̄ dirigunt̃ in ꝓtinuita tem btitudinis:qō tm̃ nō ꝓprie dr̃:q̄ extensionē successio nis nō ꝟz. ¶ Ad 5m dōm q̄ q̄uis nō possit designari aliq̄ anteceſſio ad personā filꝫ dei absolute: pōt tm̃ designari ad nām humanā vel ad psonā ꝫm qō in tali nā subsistit: sed ꝟ ꝟz q̄ri magis in tertio. ¶ Ad 6m dōm q̄ q̄uis deus q̄tū in se est eq̄liter se habeat ad oēs: nō tamē equaliter se habent omnes ad ipsum:ꝛ ideo non equaliter omnib⁹ gr̃a ꝓparat̃. ¶ Ad 7m dōm q̄ pdestiatio ē ꝓpe coꝛ q̄ sūt eleuata sup facultatē nāe vt dcm̃ est:ꝛ iō nō opz q̄ oīum sit pdestinatio q a deo bona nālia ꝑcipiūt: sed eoꝝ q̄bus gratia ꝛ gloria ꝓparatur.

Questio. III.

¶ Utrum predestinatio sit certa.

Deinde q̄rit̃ de certitudine pdestinatio nis:ꝛ vr̃ q̄ nō sit certa. Dr̃ enim apo.3. Tene qō habes ne ali⁹ accipiat coronā tuā. aut ꝟ intelligit̃ de coꝛona pñtis iustitie: aut de coꝛona gloꝛie. ſz nō de coꝛona pñtis iu stitie:q̄ gr̃a quā qs ꝟz eo peccāte destruitur: nec de subo in subm mutat̃.g̃ itelligit̃ de coꝛona glie:sed gloria nō est alicui⁹ in statu vie nisi q̄ ē sibi pdestinata.g̃ vr̃ q̄ vn⁹ possit accipere ꝟ qō aly pdestiatū est: ꝛ ita pre/destinatio certitudinē nō ꝟz. ¶ P̄. Grego. in mozalib⁹ di cit q̄ alys cadētibus in coꝛ locū aly succedūt:ſz loc⁹ glo rie nō pōt dici coꝛ:nisi q̄ ē eis pdestiatus. g̃ idē qō ꝑus. ¶ P̄. i psal. dr̃. Deleant̃ de libꝛo viuētiū:ſz nō pōt deleri ō libꝛo qō ibi scriptū nō ē:cū g̃ pdestiatio sit lib. vite vt di ctum ē. vr̃ q̄ aligd a pdestinatiōe possit deficere:ꝛ ita nō erit certa. ¶ P̄. coꝛ q̄ nō sūt ōterminata nec in se nec in causis suis non pōt eē certitudo:ſz mot⁹ liberi ar. qō ē cā ad vtrūlibꝫ nō sūt ōterminati:nec in se nec in suis causis antecꝫ sint. g̃ cū effectus p̄destinationis expleat̃ motib⁹ liberi arbitrij q̄ sūt opa meritoria vr̃ q̄ pdestinatio nul/lam certitudinē bēat. ¶ P̄. ois certa cognitio posita de necessitate cōcludit cognitū:ſz illud qō ē eternū cū sit in oī tpe pōt in quocūꝫ tpe poni:cū igit̃ pdestinatio sit eter na pōt poni aligs pdestinatus anteꝫ saluet̃.g̃ pōt cōclu/di. iste saluabit̃ sicut ve xp̃:ſz si futurū cōtingēs eēt verꝫ: tūc accideret de necitate. vt ꝓbat ph̃s. g̃ seqret̃ q̄ iste ex necessitate saluaretur:ꝛ q̄ nō posset nō saluari:ꝛ sic liberum arbitriū piret:qō ē ipossibile:ꝛ ipossibile non sequit nisi ex ipossibili.g̃ vr̃ q̄ ipossibile sit pdestinationē certi/tudinē bre:q̄ alia ꝓbata sūt possibilia eē.

Sed contra pdestinatio in sui rōne icludit ꝑsciē/tiam:ſz ipse ōs ꝟz certam cognitionē de oīb⁹ q̄ cogſcit:vt.s. bītū ē.g̃ vr̃ q̄ pdestiatio sit certa.

Respondeo dōm q̄ quidam dixerūt q̄ ōs nō cog/scit futura cōtingētia nisi ꝫz q̄ sunt .s. sciens ea eē cōtingētia: sicut necessaria eē necaria. Sz ꝟ ipꝛobat Boe. q̄ ꝫz ꝟ seqret̃ q̄ ōs nō plus cognosceret de salute hoīum futura q̄ bō q̄ scit ēt ea cōtingētē. Uñ aly dixerūt q̄ pdestinatio ꝟz certitudinez:ita q̄ nūerus saluandoꝝ apud deū ē cert⁹ accipiēdo nūerū quo nūera mus. s. q̄ saluabunt̃ cētū vel mille. ꝛ sic de alys. Nō aut̃ certus ē nūer⁹ mäliter sumpt⁹. s. quo ad suppositā: q̄ isti hoīes pñt ꝛ saluari ꝛ nō saluari. Sz ꝟ ē attribuere deo ꝑfectā cognitionē. Si.n. cognoscit q̄ tot saluabūtur ꝛ nō q̄ isti:ꝑfecta ē ei⁹ cognitio ꝛ in vl'i tm̃. Si āt cogno scit: q̄ ēt isti:opz ꝟ certū eē: q̄ cognitio ei⁹ ꝑcerta eē non pōt:sic nec falsa. Et iō dōm ē q̄ nūerus pdestinatoꝝ vtro q̄ mō acceptus. s. ꝛ formal'r ꝛ mäliter cert⁹ ē oō: ſz ꝑcert⁹ ē nobis:nec tm̃ ista certitudo necessitatē saluādis ponit: qō patz ex bis q̄ dicta sūt. Predestinatio.n. ꝑcludit in suo ꝑtellectu ꝑsciam ꝛ ꝓuidētiā salutis oīum. Prouidētia āt vt dcm̃ ē:q̄uis sit oīum:nō tm̃ oīa necessario ꝓtingūt:sed ꝫm cōditionē causarū ꝓxima ꝝ:quaꝝ naturas ꝛ ordines ꝓuidētia ꝛ pdestinatio saluat. Prescīa ēt nō ponit necel sitatem reb⁹:nec inq̄tū ē cā:cū sit cā ꝓma cui⁹ cōditionē effectus nō ꝟz ſz cāe ꝓxime. nec rōne adequatiōis ad rē scitam:q̄ ad rōnē ꝓitatis ꝛ certitudinis scie exigit̃ q̄ ade quatio ista attēdit̃ scie dei ad rē nō ꝫm q̄ ē in causis suis in q̄bus ē vt possibile futurū tm̃:sed ad ipam rē ꝫm q̄ ꝟz eē ōterminatū:ꝓut ē pñs ꝛ nō futurū:ꝛ ꝟ supꝛa expositū est:ꝛ ita patz q̄ certitudo pdestinationis nullam necessi/tatem saluandis imponit.

Ad primum g̃ dōm:q̄ vtroq̄ mō pōt exponi. si.n. itelligat̃ de coꝛona pñtis iustitie dici tur coꝛonā ei⁹ ali⁹ accipe:dum opa ipsi⁹ in charitate fcā q̄ sibi ꝛ alys ꝓderāt ꝫm q̄ ꝑpūs charitatis facit cōia me/rita sanctoꝝ:ipso peccāte sibi ꝓdesse desinūt ad meritū vite eterne:coꝝ tm̃ fruct⁹ in illis manet q̄ in gr̃a ꝑseuerāt nō aūt ita q̄ eadē nūero gr̃a q̄ ē in vno:ipso peccāte in al/tero fiat. Et sil'r exponit̃ si itelligit̃ de coꝛona future glie: q̄ sci in pr̃ia exīstes gaudēt de oīb⁹ meritis sanctoꝝ q̄ in mūdo sunt. vñ aliq̄ peccāte cui⁹ multa merita ꝑceſſerūt gaudiū illoꝝ merito ꝝ in eternum manebit in beatis:qō ipse peccādo amisit:nō ita q̄ gl'ia q̄ pdestinata est vni al/teri deꝛ. Dr̃ tm̃ ne alius accipiat coꝛonā tuā non ad exclu dēduz pdestinatōis certitudinē:ſz ad ostēdēdaz arbitrij libertatē. ¶ Ad 2m dōm q̄ dcm̃ Greg. nō itelligit̃ de lo co q̄ scīs pdestinatus ē:ſz de loco quē tenēt in eccl'ia q̄ sta tum pñtis iustitie:q̄ eccl'ia nunq̄ destituit̃ exīstib⁹ i gra. vñ peccātib⁹ q̄busdā aly in gr̃az a dño aduocant̃. ¶ Ad 3m dōz q̄ pdestinatio ē liber vite ꝫz q̄ dr̃ in eo alig d scri bi nō solum q̄tū ad pñtē iustitiā:ſz ēt q̄tū ad futurā glo riam:ꝛ sic nullo⁹ pōt dici aligs deleri de libꝛo vite:ſz illō

qō est ibi scriptū quātū ad pñtē iusticiā tñ dr̄ deleri non mutatiōe fcā ex pte libri: vt q aligd in eo fuerit: qō postmodū nō sit: sz ex parte illi⁹ q in lib. script⁹ dr̄: inquātū. s. ipse mutat a statu pñtis iusticie: ꝛ sic vita ei⁹ nō repūtab pñs: sz vt pterita. ¶ Ad 4m dōz: q ꝓtingēs futur vt motus. lib. ar. quāuis nō sit determiatū i cā sua: est tñ determinatū in eē suo fm q est actu: ꝛ sic subiacet certitudini pscietie: sicut supra dcm̄ est de futuris ꝓtingētib⁹. dis. 38. ¶ Ad 5m dōm: q illud qō mēsurat eternitate ē simul cū omni tpe: ita tñ q nullo eor mēsurat. ꝛ iō act⁹ dine prescie nō pōt poni ita eē nūc: q̄si mēsuret p pñs tps: vt ordinē pñtis ad futur ad suū scitū bēat: sz ad omne tps ꝛ ad omne scitū bz ordinē pñtis ad pñs. vñ cuz dr̄: de⁹ pscit b nō itelligit q hoc sit futur respectu dine sciētie: sz respectu hui⁹ tpis in quo pfert. ꝛ iō opz hꝫ vba ꝛ participia dicta de deo a determinatōe tpis absoluere vt ꝓsignificēt nūc eternitatis ꝛ nō tēporis: alꝫ ieuitabil⁹ segt error.

¶ Questio. IIII.

Deinde queritr de reprobatiōe. Et circa hoc quer̄tur duo. Primo qd sit. Scōo vtr deus sit cā obdurationis ꝛ excecationis que reprobationi quodāmō respōdet.

¶ Utr reprobatio addat aligd supra pscīam. I.

¶ Dis aũt respondem⁹ ꝛc̃.) Solo magistri in p̃ consistit q̃ cum dicit̃ deus nõ põt facere nisi qõ iustũ est. p̃ qõ dico iustũ põt intelligi ꝑs cõiungi cũ p̃ verbo est. a quo restringit̃ ad stãdũ p̃o pñtib⁹: q̃ cũ p̃ vbo põt: ꝛ sic falsa ẽ. Est enĩ sensus deus nõ põt facere nisi id qõ modo iustuz est: qõ falsuz est. põt enĩz facere quedã que modo nihil sunt. Uel põt ꝑs intelligi cõiungi cũ p̃ verbo põt hũte viz ampliãdi q̃ cũ p̃ vbo est. Et in p̃ sensu est vera: qz sic p̃ nomẽ iustuz supponit p̃o pñti confuso non p̃m aliqõ determinatũ tps. Et est sensus. deus non põt seruare aliquid qõ nõ est iustuz in quocũq̃ tpe ponat̃ ab eo factũ: ꝛ per modũ istũ soluunt̃ omnes obiectiones.

¶ An deus possit facere aliquid melius q̃ facit. ¶ Distinctio. XLIIII.

NUnc illud restat discutiendũ: vtr melius aliqd possit facere q̃ facit? Solent enĩz illi seruatores dicere: q̃ ea q̃ facit deus nõ põt meliora facere: qz si posset facere ꝛ nõ faceret: iuidus eẽt ꝛ nõ sũme bon⁹. Et hoc ex simili astruere conãt̃. Ait. n. Aug. in lib. lxxiij. q. De⁹ quẽ genuit: cũ meliorẽ se generare non potuit: nihil enim deo melius: debuit equalẽ. Si enim voluit ꝛ nõ potuit: infirmus est. Si potuit ꝛ noluit: iuidus. Ex quo cõficit̃ equalẽ genuisse filiũ. A simili volũt dicere q̃ si potest deus rez meliorẽ facere q̃ facit: iuidus ẽ. Sz nõ valet h⁹ similitudis iductio: qz filiũ genuit de suba sua. Idcoq̃ si posset gignere equalẽ ꝛ nõ gigneret: iuidus eẽt: alia ẽo que nõ de substantia sua facit: meliora facere potest.

¶ Questio qua illi artantur.

VErũ hic ab eis responderi deposco: cur dicũt rem aliquã siue etiã rerum vniuersitatẽ in qua maior ꝓsũmatio expressa est: nõ posse eẽ meliorez q̃ est: siue ideo qz sũme bona est: ita vt nulla oĩno boni perfectio ei desit: siue ideo qz maius bonũ qõ ei deest capere ipsa nõ valeat. Sed si ita sũme bona dicit̃: vt nulla ei ꝓfectio boni desit: iam creatura creatori equat̃. Si vero iam nõ põt melior eẽ: qz bonuz amplius qõ ei deest capere ipsa nõ valet: iam hoc ip̃m non posse ꝺfectiõis est: nõ cõsummatiõis: ꝛ potest esse melior si fiat capax meliozis boni: qõ ipse põt q eam fecit. ¶ Põt ergo de⁹ meliorẽ facere q̃ facit. Unde Aug. sup Geñ. Talem potuit de⁹ hoiem fecisse: q nec peccare posset nec velle: ꝛ si talẽ fecisset: quis dubitat eũ meliorem fuisse? Ex p̃dcis cõstat q̃ põt de⁹ ꝛ alia facere q̃ facit: ꝛ q̃ facit meliora ea facere q̃ facit.

¶ Utr alio vl̃ meliori mõ possit facere q̃ fac.

POst hec cõsiderãdũ est vtr alio mõ vel meliori q̃ facit possit ea facere q̃ facit? Si modus opatiõis ad sapiẽtiam opificis referat̃: nec ali⁹ nec melior modus eẽ põt. Nõ enĩ põt facere aliqd aliter vel melius q̃ facit: idest alia sapiẽtia vl̃ maiori sapiẽtia. Nihil. n. sapiẽtius põt facere q̃ facit. Si vero referat̃ modus ad rẽ ipam quã facit deus: dicim⁹: qz ꝛ alius ꝛ melior põt eẽ modus. Et p̃m hoc cõcedi põt: qz ea q̃ facit p̃t facere melius ꝛ aliter q̃ facit: qz põt qbusdã meliorẽ modũ existẽdi p̃stare ꝛ qbusdã aliis. Uñ Aug. in. xiij. lib. de tri. dicit. Qz fuit ꝛ alius modus nostre liberatiõis possibilis deo: q oĩa potest: sed nlls alius nostre miserie sanande fuit cõueniẽtior. ¶ Põt ergo deus eoꝝ q̃ facit q̃dam alio modo meliori: quedã alio modo eque bono: q̃dã etiã min⁹ bono facere q̃ facit. Ut tamen modus referat̃ ad q̃litatẽ operis. i. creature nõ ad sapiẽtiã creatoris.

¶ Utr de⁹ semp possit oẽ qõ olim potuit.

PRetereа queri solet vtr de⁹ semp possit omne qõ olim potuit? Qõ quibusdam nõ videt̃ dicẽtib⁹. Potuit deus icarnari: ꝛ potuit mori: ꝛ resurgere ꝛ alia huiusmodi q̃ mõ non põt. Potuit ergo q̃ modo nõ põt: ꝛ ita habuit potẽtiã quã modo non habet. vñ videt̃ potẽtia eius imminuta. Ad qõ dicim⁹: qz sicut omnia semp scit q̃ aliquã

do sciuit: ⁊ semp vult q̄ aliquando voluit: nec vnq̄z aliquaz sciam amittit vel volūtatē mutat quā habuerit: ita oīa semp pōt q̄ aliqñ potuit: nec vnq̄z aliq̄ potētia sua priuat. Non est g̃ priuat⁹ potētia icarnādi vel resurgēdi licz nō possit mō icarnari vel resurgere. Sicut. n. potuit oliz icarnari: ita ⁊ pōt mō icarnatus eē: in quo eiusdē rei potētia mōstrat. Ut. n. olim sciuit se resurrectuꝝ: ⁊ mō scit se resurrexisse: nec ē alia scia illud olim sciuisse: ⁊ hoc mō scire: ꝫ eadez oino. Et sicut voluit olim resurgere ⁊ mō resurrexisse: i quo vni⁹ rei volūtas exprimit. Ita potuit olim nasci ⁊ resurgere: ⁊ mō ipe potest nat⁹ fuisse ⁊ resurrexisse: ⁊ est eiusdē rei potentia. Si. n. posset mō nasci ⁊ resurgere: nō esset idez posse. Uerba. n. diuersoꝝ tēpoꝝ: diuersis plata tēporibus ⁊ diuersis adiūcta aduerbijs eundē faciūt sensuz: vt mō loquētes dicimus. Iste pōt legere hodie: cras autē dicimus: iste pōt legisse: vel potuit legere heri: vbiq̄z vnius rei monstrat potētia. Si aūt diuersis tēporib⁹ loquētes eiusdē tēporis ꝟbis ⁊ aduerbijs vtamur dicētes hodie: iste pōt legere hodie: ⁊ dicentes cras: iste pōt hodie legere: nō idē: ꝫ diuersa dicimus eū posse. Fateamur g̃ deū semper posse qcqd semel potuit. i. bēre oēm illam potētiā quā semel habuit: ⁊ illi⁹ ois rei potentia cuius semel habuit: ꝫ nō semp posse facere omne illud qō aliqñ potuit facere: pōt qdē facere aut fecisse qō aliqñ potuit. Similr qcqd voluit ⁊ vult. i. oēm quā habuit volūtatem: ⁊ mō habz: ⁊ cuiuscūq̄z rei volūtatē habuerit: ⁊ mō hz: nō tñ vult esse vel fieri omne qō aliqñ voluit esse vel fieri: sed vult fuisse vel factum esse. Ita ⁊ de sciētia dei dicendū est.

¶ Diuisio textus.

Hic excludit ꝓdictoꝝ errorē quantū ad h̄ q̄ ponebāt potentiā dei limitari ad q̄litatē reꝝ. Et diuidit i partes duas. In ꝓma excludit eoꝝ errorē. In 2ª determiat quādā qōnē p quā videbat in dīna potētia diminutio poni. ibi (P. q̄ri solet ⁊c.) Prima in duas. In pª ingrit vtꝝ dei potētia limiteꝝ ad reꝝ bonitatē. In 2ª ingrit vtꝝ limiteꝝ ad reꝝ modū. ibi. (Post hoc ꝓsiderādū est ⁊c.) Circa pm duo facit. Primo excludit rōnē eoꝝ qui ponebāt deū nō posse res meliozes facere q̄z faciat. Secūdo p rōnē destruit eoꝝ pōnez. ibi. (Uez h̄ ab eis rnderi ⁊c.) Sntia i lra plana est. ¶ Questio. I.

Hic quatuoz querunt. Primo vtrū deus vnāquāq̄z rez potuerit meliozē facere q̄z fecit. Secūdo vtrū potuerit melio⁹ facere ipsuz vniuersum. Tertio de quibusdam excellentissimis creaturis: vtrum deus eas facere potuerit meliores. Quarto vtrum olim deus quicquid potuit facere ⁊ modo possit.

¶ Utrum deus potuerit facere aliquam creaturā meliozem q̄z fecerit. I.

Ad primum sic ꝓcedit: vr q⁹ ōs nullā creaturā meliozē facere potuerit q̄z sit: qz ꝫ Dio. ⁊ pl'onē optimi est optima adducere: ꝫ optimo nihil melius pōt eē. g̃ bis q̄ ōs fecit q optimus est nihil melio⁹ esse pōt. ¶ P. ꝼm basi. accipe a pre filio cū oī creatura cōe ē: ꝫ in bis q̄ sunt vni⁹ rōnis tz idē modus arguēdi. g̃ cū Aug. arguat ex h̄ q⁹ in deo iuidia esse nō pōt q⁹ filiū meliozez q̄z genuit gñare neguerit: vr etiā q⁹ res creatas meliozes q̄z sint facere nō potuerit. ¶ P. effect⁹ g̃ ꝓducit a cā ꝼm totaz suā potētiā nō pōt ab ipsa melioꝝ fieri: ꝫ qōlz creatū ōs opaꝝ tota sua potētia: qz p eēntiā suā q̄ idiuisibilis ē. g̃ nullaz rē meliozē pōt facere q̄z sit. ¶ P. vna res nō deficit a bonitate alteri⁹ nisi p h̄ qō deficit a ꝓticipatiōe diuine bonitatis: iste aūt defectus nō ex parte dei est q equaliter se hz ad oēs creaturas ꝼm Diony. ꝫ ex parte ipsius rei q̄ magis vel min⁹ bonitatis dīne capax est. g̃ vr q⁹ ōs vnāquāq̄z rem meliozē nō possit facere q̄z sit.

Sed contra cuilibz finito possibilis ē additio: ꝫ cuiuslibz creature bonitas finita ē. g̃ pōt sibi fieri additio: ꝫ qcqd pōt fieri ōs q oipotēs ē facere pōt. g̃ vr q⁹ q̄libz rē meliozē facere possit. ¶ P. qcqd nā facit ⁊ deus facere pōt: sed opatione nāe mutātur res in melius vt homo de pueritia in iuuentutez. ergo ⁊ deus res meliozes potest facere q̄z sint.

Respondeo dōz: q⁹ vniuscuiusq̄z rei in se ꝓsiderate ē duplex bonitas sic̄ ⁊ duplex esse cū ens ⁊ bonū ꝓuertant. s. bonitas eēntialis vt boi eē viuū ⁊ rōnale: ⁊ bōitas accīntal' vt sanitas scia ⁊ hꝫ. Loq̄ndo de bonitate accīntali vnicuiq̄z rei maiozē bonitatē ōs ꝓferre potuissz. Loquēdo aūt ō bonitate eēntiali q̄libet re creata meliozē aliā rē facere potuissz: nō tñ potuit hāc rē facere eē maioris bonitatis. Qz si adderet ad bonitatē eēntialē aligd nō eēt eadē res ꝫ alia. Qz ꝼm pl'm i. 8. metaph̄. sic̄ nūeris vnitas addita vel subtracta semp variat spēz: ita i diffōnib⁹ dr̄ia addita vel subtracta. Uerbi gr̄a. si diffōni bouis addat rōnale iā nō erit bos: sed alia spēs. s. hō. si subtrahat sensibile: remanebit viuēs vita arboꝝ. Uñ sic̄ ōs nō pōt facere q⁹ ternari⁹ manēs ternari⁹ bēat q̄tuoz vnitates: q̄uis quolibet nūero maiozē numerum facere possit: ita nō pōt facere q⁹ h̄ res maneat eadē ⁊ maiozē bonitatē essentialē habeat vl' minozē. Ex oib⁹ eniz bis sequeret q⁹ affirmatio ⁊ negatio essent simul vera: qō deus nō pōt facere: vt dictum est.

Ad primuz g̃ dōm: q⁹ q̄lz res i se ꝓsiderata nō est optima nisi forte iquātū attigit oēm bonitatē suā eēntialē: sic̄ si diceret ternari⁹ eē maximus: qz attingit q̄titatē sue spēi: ꝫ in ordine hꝫ vniuersum est optimū: sic̄ Aug. dicit. ¶ Ad 2m dōz: q⁹ q̄uis accipe a pre sit cōe filio cū oī creatura cōitate analogie: tñ hr̄e p nām ē sibi ꝓpriū sic̄ ipsemet dic̄: ⁊ iō eq̄litas pr̄na debeꝝ sibi p nām. Uñ si nō eq̄lē genuisset cū potuisset ōs pr̄ iuidus eēt: qz subtraxisset dignitatē filio quā deberet ⁊ posset bēre. Sz creatura nunq̄z pōt ptingere ad eq̄litatē dei: nec alia mēsura bonitatis sibi debeꝝ q̄z ꝼm determinatōez dīne volūtatis. ⁊ iō nulla iuidia i deo resultat si rē meliozē facere potuit q̄z fecerit. Et hoc ē qō Dyla. dicit q⁹ oib⁹ creaturis subaz dei voluntas attulit: ꝫ filio nā dedit. ¶ Ad 3m dōm: q⁹ q̄uis ōs ꝓducat vnūqōq̄z creatū tota sua potētia ifinita: nō tñ segt̄ q̄titas bonitatis i effectu nisi ꝼm volūtatē opificis q̄ se hz vt impās ad op⁹: qō potētia exquēdo educit. ¶ Ad 4m dōz: q⁹ diuersus gradus in entibus nō tñ ē ex gte reꝝ: quaꝝ capacitates abiuicē distāt:

sed etiã ex ordine sapie disponentis: q̃ diuersas capacitates reb⁹ tribuit: qbus postmodũ ꝼm ꝓuidẽtiã suaz dona sua largiẽ: que ꝓ diuersitate capacitatuz a deo ordinatarum diuersimode a diuersis participãtur. ¶ Ad alia pz responsio per ea que dicta sunt.

¶ Utr deus potuerit facere vniuersuz melius. II.

AD secunduz sic ꝓcedit: vr̃ q⁹ vniuersuz ds meli⁹ facere non potuerit: qz ꝼm Aug. sunt bona q̃ ꝏdidit ds et singula: sil' aũt oia valde bona: sz eo q⁹ ẽ supla tiue bonuz nihil meli⁹ eẽ pot. g̃ vniuerso nihil meli⁹ eẽ pot. ¶ P̃. vniuersuz icludit oẽ bonũ: sz nihil potest eẽ oi bono meli⁹. g̃ ds nõ potuit vniuersuz melius facere. ¶ P̃. ꝼz Diony. bonũ z meli⁹ iuenit in reb⁹ ꝼm q⁹ q̃dam participãt plẽs de bonitatib⁹ dinis q̃ alie sicut ea q̃ vniunt ꝓferunt exñtib⁹ tñ: z sic deiceps: sed oẽs pfectiones diuie creature cõicabiles creaturis aligbus cõicate sunt. g̃ vr̃ q⁹ vniuersuz meli⁹ esse nõ possit. ¶ P̃. quanto aligd magis est ordinatũ meli⁹ est. vñ z malũ diffinit ab Augu. ꝓ ꝓuationẽ ordinis: sz in vniuerso nihil est iordinatum: cũ z ipsuz malũ ordinatũ sit a deo: vt supra dcñ est. ergo vr̃ q⁹ vniuersuz melius esse nõ possit.

Sed contra ꝼm pl̃m albi⁹ ẽ qd est nigro impermixti⁹. g̃ et meli⁹ ẽ qd ẽ impmixti⁹ malo: sz ds potuit facere vniuersuz i quo nihil mali eet. g̃ cũ in hoc vniuerso multa sint mala: vr̃ q⁹ ds vniuersum meli⁹ facere potuerit. ¶ P̃. si maiori eq̃le addaẽ totum fiet mai⁹. g̃ z si meliori meli⁹ addaẽ totũ fiet meli⁹: sz angelus est melior q̃ lapis. g̃ duo angeli sunt aligd melius q̃ angelus z lapis. g̃ z si quelibz ps vniuersi eet angelus vniuersuz multo meli⁹ eet. B aũt ds potuit facere. g̃ z c̃.

Respondeo dom: q⁹ ꝼm pl̃m in .ii. metapl̃. bonuz vniuersi ꝏsistit i duplici ordie. s. i ordine ptiũ vniuersi adiuicẽ z i ordie toti⁹ vniuersi ad finẽ q est ipse ds: sic et ẽ in exercitu ordo ptiũ exercit⁹ adinuicẽ ꝼm diuersa officia: z ẽ ordo ad bonũ ducis q̃ ẽ victoria: z B ordo est ꝑcipuus pp quẽ est ꝑmus ordo. Accipiẽdo g̃ bonũ ordis q est in ptib⁹ vniuersi adiuicẽ pot ꝏsiderari: vel q̃tũ ad ptes ipsas ordiatas vel q̃tũ ad ordinẽ ptiuz. Si q̃tũ ad ptes ipsas tũc pot itelligi vniuersuz fieri melius. Uel ꝑ additionẽ pliuz ptiũ vt. s. crearenẽ multe alie spẽs z iplerenẽ mlti gradus bonitatis q pñt eẽ: cũ et iter summã creaturã z deũ ifinita distãtia sit: z sic ds melius vniuersum facere potuisz z posset: sz illud vniuersum seberet ad B: sicut totũ ad ptẽ: z sic nec penit⁹ esset idẽ nec penit⁹ diuersuz: z B additio bonitatis eet ꝑ modũ q̃titatis idiscrete. Uel pot itelligi fieri meli⁹ q̃si itẽsiue: quasi mutatis oib⁹ partib⁹ ei⁹ in meli⁹: qz si aliq̃ ptes meliorarenẽ alys nõ melioratis nõ esset tãta bonitas ordis: sicut pz i cythara: cui⁹ si oẽs chorde melioraẽ fit dulcior armonia: sz qbusdã tñ melioratis fit dissonantia. Nec aũt melioratio oĩum partiũ vel pot itelligi ꝼm bonitatẽ accidẽtalẽ: z sic posset esse talis melioratio a deo manẽtib⁹ eisdem partib⁹ z eodẽ vniuerso: vel ꝼm bonitatẽ eẽntales: z sic et esset deo possibilis q ifinitas alias spẽs cõdere potest: sz sic nõ eẽnt eedẽ partes. z ꝓ ꝏns nec idẽ vniuersuz: vt ex ꝓdictis pz. Si aũt accipiaẽ ipse ordo partiũ: sic non pot esse melior ꝑ modũ quãtitatis discrete nisi fieret additio in partib⁹ vniuersi: qz in vniuerso nihil est iordinatũ: sz itẽsiue posset eẽ melior manẽtib⁹ eisdẽ ptib⁹ quãtũ ad ordinẽ qui sequiẽ bonitatẽ accitalẽ. quãto. n. aligd in mai⁹ bonũ redũdat tãto ordo melior est: sz ordo q sequiẽ bonitatez essentialem nõ possz esse melior nisi fierẽt alie partes z aliud vniuersuz. Sil'r ordo q est ad finẽ pot ꝏsiderari ex parte ipsi⁹ finis: z sic nõ posset eẽ melior: vt. s. in meliorẽ finẽ vniuersum ordinareẽ: sicut deo nihil meli⁹ esse pot: vel quãtũ ad ipsum ordinẽ: z sic ꝼm q⁹ cresceret bonitas partiũ vniuersi: z ordo ea ꝓ adiuicẽ: possz meliorari ordo in finẽ: ex eo q⁹ ꝓpinquius ad finez se haberẽt: quãto similitudinem diuine bonitatis magis consequerentur que est omnium finis.

Ad primum g̃ dõz: q⁹ Augu. loquiẽ de ordie vniuersi supposita nã eadẽ taliũ ptiuz: qz sic melior ordo eẽ nõ potuit: vt dcñ est. ¶ Ad 2m dõz: q⁹ nos nõ loquimur de vniuerso quãtũ ad hoc nomẽ: sed quãtuz ad hãc rem q̃ mõ vniuersuz dr̃: in quo quãuis oẽ qd actu bonũ est ꝏtineaẽ: nõ tñ omne bonũ qd deus pot facere. ¶ Ad 3m dõm: q⁹ ꝓticipãdi eãdẽ pfectionẽ dinaz sunt multi modi: sicut sapie dine participatio est in itelle ctualib⁹ subys aliter z aliter in rõnabilib⁹. s. hoibus z ẽt vsq; ad bruta se extẽdit que sensitiuã cognitionẽ habẽt: q̃uis g̃ oẽs pfectiões forte creature cõicabiles sint creature cõicate: nõ tñ ꝼm oẽm modũ quo pñt a creatura ꝓticipari. ¶ Ad 4m dõm: q⁹ quãuis ordo vniuersi nõ possit esse melior ex hoc q⁹ plẽs partes hui⁹ vniuersi sint ordinate: posset tñ eẽ melior si ad meli⁹ bonũ: sicut ad finẽ ꝓximũ ordinareẽ: qd ꝓtingeret si meliores partes vniuersi fierẽt: vt dcñ est. ¶ Ad 5m dõm: q⁹ vniuersuz in quo nihil mali eẽt nõ esset tãte bonitatis quãte B vniuersuz: qz nõ eẽnt tot bone nãe in illo sicut in isto: in quo sunt q̃daz nãe bone: qbus nõ adiũgiẽ malũ: z q̃dã quib⁹ adiungiẽ: z est meli⁹ in vtraq; naturas eẽ q̃ alteras tñ. ¶ Ad 6m dicendũ: q⁹ quãuis angelus absolute sit melior q̃ lapis: tamẽ vtraq; nã est melior q̃ altera tñ. z iõ meli⁹ ẽ vniuersuz in quo sunt angeli z alie res q̃ vbi eẽnt angeli tñ: ga pfectio vniuersi actẽdiẽ essentialiter ꝼm diuersitatez naturaruz qbus implenẽ diuersi gradus bonitatis z nõ ꝼm multiplicationem indiuiduoz in vna natura.

¶ Utrum deus potuerit facere humanitatem christi (meliorem q̃ sit. III.

AD tertiuz sic ꝓcedit: vr̃ q⁹ humanitatẽ xp̃i de⁹ meliorẽ facere nõ potuerit q̃ sit. tãto. n. vnũqq; melius est quãto deo ꝓpingus: sed nullũ creatũ pot esse in deo propinguus q̃ qd vniẽ sibi vnitate ꝑsone: sicut humana nã in xp̃o. g̃ vr̃ q⁹ nihil ea melius facere potuerit de⁹. ¶ P̃. infinito nõ pot eẽ aligd mai⁹: sz bonitas aie xp̃i est ifinita: qz dat⁹ est ei spũs nõ ad mẽsuram. Jo. 3. g̃ nihil ea meli⁹ fieri pot. ¶ Itẽ vr̃ q⁹ nec beata vgine: qz ꝼm Ans. decuit vt virgo quã de⁹ vnigenito filio suo ꝑparauit i matrẽ ea puritate niteret q̃ maior sub deo negt itelligi: sed nihil pot ds facere qd sibi in bonitate vel puritate equeẽ. g̃ vr̃ q⁹ nihil melius beata virgine facere possit. ¶ P̃. ꝼm Aug. in li. ꝼes. angl⁹ fact⁹ est ꝑpe deũ: sz btã vgo exaltata eẽt sup chozos angeloz: sic̃ Hieronym⁹ tradit z eccl'ia ds ipsa cãtat. g̃ nihil ea deo ꝓximi⁹ eẽ pt: z ita nec meli⁹. ¶ Itẽ vr̃ q⁹ nec btitudie creata: ga ꝼm Boe. btitudo ẽ stat⁹ oĩuz bonoz ꝓgregatõe pfect⁹: sz oi bono nihil pot eẽ meli⁹. g̃ nec beatitudine creata.

Sed cõtra bonũ icreatũ oẽ creatũ bonũ in ifinitũ excellit: sz iter ifinite distãtia pñt eẽ mlta media. g̃ q̃lz bono creato pot ds mlta meliora facere.

Respondeo dom: q⁹ sicut quolz bono creato: eo q⁹ finitũ ẽ pot aligd meli⁹ eẽ: ita bono icreato eo q⁹ ifinitũ ẽ nihil meli⁹ eẽ pot. Et iõ bonitas creature dupl'r ꝏsiderari pot: aut q̃ ẽ ipsi⁹ in se absolute: z sic q̃libz creatura pot eẽ aligd meli⁹. Aut ꝑ ꝏnẽ ad bonũ icreatũ: z sic dignitas creature recipit q̃dã ifinitatez ex ifinito cui cõparaẽ sicut hũana nã iquãtũ ẽ vnita ðo: z btã vgo iquãtũ ẽ mater dei: z gra iquãtuz ꝏũgit deo: z

vniuersuz iquātū ē ordinatū in deū. Sz tñ in istis ꝓparatiōib⁹ ē ēt ordo duplex. Primo. qz q̄sto nobiliori cōparatiōe in deū refert nobili⁹ ē: ⁊ sic būana nā ī xpo nobilissima ē: qz p vnionē cōparaf ad deuz ⁊ post btā vgo de cui⁹ vtero caro dīnitati vnita assumpta ē: ⁊ sic deiceps. Secūdo. qz q̄dā ista ꝓportionū ē fm respectuz tñ sic vniuersi ad finē: ⁊ mīs ad filiū. ⁊ iō ex dignitate ꝓportiōis nō pōt sumi iudiciū de re absolute: vt dicaf q btā vgine nō pōt aligd melī⁹ esse. Sz fm gd: vt dicaf q nō pōt eē melioris mī nec ad mai⁹ bonū ordinatū vniuersuz. Sz cōpatio. s. p vnionē est ēt fm eē. ⁊ iō iudiciū simplr de nā vnita ē fz cōparatiōis bonitatē: vt dicaf q xpo hoīe nihil melī⁹ eē pōt: fz iudiciū qō ē pter hāc ꝓpōnē est fm gd tñ: vt cū dr q būana nā ī xpo iquātū ē creata pōt aligd eē melī⁹. ⁊ B iō qz nā ꝓsiderata pter eē suū ē fz rōnis acceptionē tñ.

Ad primuz g dōm: q q̄uis būana nā sit dīnitati vnita ī psona: tñ nāe remanēt distantes in infinitū: ⁊ ex hac pte pōt eē aligd melī⁹ būana nā in xpo nō ex pte q̄ vnita est. ¶ Ad 2m dōz: q gra bitual' aie xpi ifusa nō ē simplr ⁊ p se infinita: fz fm gd sic dcm ē. s. q vt⁹ intelligētie est infinita ī fieri: iquātū pōt. s. i infinitos effectus: ita ⁊ gra xpi dr infinita fm gd iquātū pōt in oēs effect⁹ gre: ⁊ p accīs iquātū ꝓcurrit ad ipaz vnionē infiniti boni vt mediū ꝓgruitatis ⁊ ad opōnē xpi: q ē infiniti valoris iquātū ē opatio dīne psone. ¶ Ad 3m dōz: q puritas ītendit p recessuz a ꝑrio. ⁊ iō pōt aligd creatū iueniri quo nihil puri⁹ eē pōt in reb⁹ creatis si nulla ꝓtagiōe pcti ignatū sit: ⁊ talis fuit puritas btē virginis q a pctō originali ⁊ actuali īmunis fuit: fuit tñ sub deo iquātū erat ī ea potētia ad peccādū: fz bonitas ītendit p accessuz ad terminuz qō in infinitū distat. s. summū bonū. vñ quolz finito bono pōt aligd melī⁹ fieri. ¶ Ad 4m dōm: q iter āgelos ⁊ deū est infinita distantia. vñ posset ōs facere ītermedios multos gradus bonitatis. ⁊ iō q̄uis btā vgo sit exaltata sup angelos: qz tñ nō vsq; ad eq̄litatē dei: manet adhuc infinita distātia: ⁊ pōt adhuc aligd mediū eē. ¶ Ad 5m dōm: q btitudo creata hz quādā infinitatē ex eo q ꝓiūgit infinito bono: in se. n. ꝓsiderata cōprehēdit oīa bona pticipabilia boī. vñ si nāe capacitas maior eēt: maior eēt pticipatio ⁊ pfectio btitudo: sicut btitudo vni⁹ sci ꝓponīf btitudini alteri⁹. Tñ sciēdū q Boe. vult q B diffō cēntialr btitudini icreate ꝓueniat. Alys aūt p participationem.

¶ Utz deus possit facere oē qō olim potuit. IIII.

A D quartuz sic ꝓcedit: vr q de⁹ nō possit nūc facere oē ꝙ olim potuit. Potētia. n. dei nō se extēdit tñ ad spēs: fz ēt ad īdidua: qz ipse facit ⁊ formaz ⁊ mām: fz añq; sor. eēt potuit sortē facere. g ⁊ sorte exīte pōt sortez facere: fz B flm ē: qz sic suba rei eēt bis: qō est ipole. g nō gcgd potuit pōt. ¶ P. olim potuit de⁹ nō icarnari: fz mō nō pōt nō icarnat⁹ eē: sicut nec aliqō ꝓteritū nō fuisse. g nō gcgd olim potuit mō pōt. ¶ Si dicas: q sic potuit olim facere aligd: ita pōt mō fecisse illud ⁊ B est vnū ⁊ idē posse. ¶ Contra: qz silr ille q exceca tus ē pōt mō vidisse cū pus videre potuerit: ⁊ tñ nō dicimus q gcgd potuerit possit. g vr q nec de deo dicēdum sit. ¶ P. de⁹ ab eterno potuit non pdestinare petrū quē volūtarie pdestinauit: fz mō nō pōt eū nō pdestinare: ga nō pōt esse q aliquis sit pus pdestinatus: ⁊ postea nō predestinatus. g nō quicquid potuit potest.

Sed contra quātitas potētie attendif fm multitudinē obiectoz: qz virtualis quantitas diuiditur secundum obiecta: sed potentia dei diminui non potest. ergo videtur q quicquid deus olim potuit ⁊ modo possit.

Respondeo dōm: q B q negeē aliquez posse aligd pōt ꝓtigere ex duob⁹: vl ex defectu potētie sicut q nō hz potētiā visiuaz dr nō posse videre. Aut ex pte obi qō nō hz rōnē possibilis: sicut hīs visū dr nō posse videre sonū q nō ē visibilis. Et p mō nihil dr deus nō posse: cū sua potētia sit pfectissima. Sz 2o mō dr nō posse q̄dā: sicut qō idē sil' sit ⁊ nō sit. vñ magis ꝑpe dicereē ista nō posse fieri q̄z deū ista facere nō posse. ¶ Si mil'r dōm est: q B qō aligs nō possit gcgd potuit pōt contingere ex duob⁹: vl qz amittit aliq̄z potētiā quā hēbat: ⁊ sic deo nō competit: īmo B mō ꝓcedit solo magr̄i in litera: vl ex mutatiōe obiecti qō amittit rōnē possibilis quā pus hēbat. potentia. n. actiua est respectu opabilis alicuius. vñ qñ aligd est iā determiatū vt sit pñs in actu vel ī ꝓteritū trāsyt possibilis rōnē amittit. ⁊ iō dr q de⁹ illud facere nō pōt: qō gdē est eadē res: sed diuersis enūciationibus signāta ꝓpter tempoz diuersitatem.

Ad primuz g dōm: q qñ iā est exīs actu amittit rōnez possibilis fieri. ¶ Et silr dōz ē ad 2m: q ꝓcedebat de ꝓterito. ¶ Ad 3m dōz: q cū dr aligs pōt fecisse. B pōt duplr intelligi: vl ita q ꝓteritio se teneat ex pte possibilis ⁊ sic nihil ē dictu: qz qō ꝓterituz est possibilis rōnē amittit: vel qō ītelligaf circa exituz possibilis a potētia: ⁊ sic dr ōs pōt fecisse B vel illud: qz hz potētiā q B fecit. Sz B ecce ꝓuenit. nō. n. hz potētiā q̄ qñ; qz vidit. vñ nullo⁹ vez est q cec⁹ possit vidisse. ¶ Ad 4m dōm: q act⁹ pdestinatiōis eternitate mēsuraf ⁊ nō in ꝓteritū trāsit. ⁊ iō semp eodē mō possibilis rōnē hz iquātū ē ex liberalitate volūtatis dīne: fz ex pte effectus in ꝓteritum trāsit ⁊ fm B possibilis rōnē amittit. ¶ Ad 5m etiaz pz rñsio ex dictis. ¶ Expositio textus.

Licet non possit mō incarnari ⁊c.) vr B esse falsuz: qz sicut filius carnē assumpsit: ita ⁊ pr̄ potuit ⁊ pōt carnem assumere: vt ī 3o dr. g vr q ēt possit nunc icarnari. ¶ Ad qō dōm: q magr̄ itelligit ō eadē numero incarnatione que olim facta est. Si enim modo incarnaretur: non esset idez incarnari numero: sed alia incarnatio.

¶ De volūtate dei q ēntia dei vna ē ⁊ eterna: ⁊ de signis eius. ¶ Distinctio. XLV.

Iam de volūtate dei aliquid p sensus nr̄i ibecillitate dōm est. Sciēduz est g: qz volūtas siue volēs de deo fm ēntiā dr. Nō ē. n. ei aliud velle ⁊ aliud esse: fz oīno idē. Et sicut idē est ei eē bonū qō esse deū: ita idez est ei esse volentē qō eē deū. Nā volūtas q̄ semp volēs ē: nō affect⁹ vel mot⁹ ē q ī deū cadere nō valet: fz dīna vsia q̄ volēs est de⁹ ⁊ huiusmodi.

¶ Qz licet idez sit deo velle qō eē nō tñ pōt dici deus esse oīa que vult.

Licz idē sit deo velle qō esse: nō tamē dōm est deū esse oīa q̄ vult. Nō qdā ō dei volūtate ꝑñ recte sentiētes: nobis obiciūt dicētes. Si idē ē deo velle qō esse. g cū dicimus deuz velle oīa q̄ facit: dicimus eū eē oīa q̄ facit: aliogn nō ibi illo ꝙbo idē significaf: qō significaf hoc ꝙbo esse: cū de deo dr. Et si ita est: non semp dr de deo

velle ꝑm essentiã. Si vo ꝑm essentiã nõ dr aliquãdo: quo ergo dr de deo? Relatiue.n.nũcꝫ dr. Ad qd dicimus: qr licet idẽ penitus sit deo velle qd esse: nõ tñ põt dici oia que vult: sicut idẽ est deo esse qd scire: nec tamẽ sicut dr scire oia: ita quocꝫ põt dici esse omnia.

¶Quis sit sensus boꝝ verboꝝ: deus scit vel deus nõ vult. Itẽ deus scit omnia vel vult aliquid: ꝛ qd de deo in his predicet.

AT vbicũcꝫ deus dr scire vel sciẽs: vl velle vel nolẽs: hec de eo ꝑm eẽntiaz dñr. Cũ.n. dr deus scit vel ds vult: siue deus est sciẽs vel volens: eẽntia dina ꝑdicat: ꝛ deus esse enũciat. Cũ aũt addit oia vel aliqd vel aliqua: ꝛ dr deus scit oia vel vult aliqd vel aliqua: essentia quidez dina ꝑdicat: nõ simplr ꝛ absolute: sed ita vt sciẽtie que ipse est oia subiecta mõstrent: ꝛ volũtati que ipsa eadẽ est aliqd vl aliqua subiecta esse dicãtur: vt talis fiat sensus: deus scit oia. i. deus ẽ cuius sciẽtie que ipsius eẽntia est: omnia subiecta sunt. Simlr deus vult hec vel illa. i. deus est cuius volũtati que ipse est hec siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dr deus ꝑm eẽntiã: cuius volũtas essentia est sempiterna ꝛ imutabilis: licet ea varient ꝛ trãseãt q̃ ei subiecta sunt: q̃ nõ põt eẽ iniusta vl mala: qr ds ẽ.

¶Or dei voluntas summe bona est omniuz q̃ naturaliter sunt: cuiꝰ causa nõ est querenda: qr nullam habet cum sit eterna.

HEc itacꝫ summe bona volũtas causa est oium que naturalr fiunt vl facta siue futura sunt: q̃ nulla p̃ueta ẽ causa: qr eterna est. Jõcꝫ causa ipsiꝰ querẽda nõ est. Qui.n. eius causam q̃rit aliqd maius ea querit: cũ nihil ea maiꝰ sit. Vñ Augu. in lib. octuagintatriũ qõnuz. Qui querit quare voluerit deus mundum facere: cãm querit voluntatis dei. Omnis aũt cã efficiẽs maior est eo qd efficit. Nihil aũt maius ẽ volũtate dei. Non ergo eius causa querẽda ẽ. Jdẽ in lib. cõtra manicheos. Si q dixerint qd placuit deo facere celũ ꝛ terrã? Respõdenduz est eis: qui volũtatẽ dei nosse desiderãt: cãs ꝛ voluntatẽ dei scire querũt: q volũtas dei oiuz que sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam volũtas: est aliqd qd antecedit voluntatẽ dei: qd nepbas ẽ credere. Qui ergo dicit quare fecit deus celũ ꝛ terrã: respõdendũ ẽ illi qr vult: volũtas.n. dei causa est celi ꝛ terre: ꝛ ideo maior est voluntas dei cꝫ celũ ꝛ terra. Qui autez dicit: quare voluit facere celũ ꝛ terraz: maius aliquid querit cꝫ volũtas dei: nihil ea aũt maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas: ꝛ id qd nõ est nõ q̃rat: ne id qd ẽ non inueniat. Ecce his auctoritatibus apte insinuatur q volũtatis dei causa nulla est: ꝛ ideo querenda non est.

¶Or volũtas dei prima ꝛ summa cã est oium.

VOluntas g̃ dei: vt ait Aug. i. iij. lib. de trinita. prima ꝛ summa causa est oium spũ atcꝫ motionũ. Nihil eni fit qd nõ de iteriori atcꝫ intelligibili aula summi impatoris egrediat ꝑm ineffabilẽ insticiã. Ubi.n. non opatur qd vult dei oipotẽtis sapientia: que ptingit a fine vscꝫ ad finẽ fortiter: ꝛ disponit oia suauiter: ꝛ non solũ facit ea q̃ pseuerãtia cõsuetudinis admiratione non admittũt: ꝫ etiã ea q̃ ꝓpter raritatez ꝛ insolitũ euẽtuz mira videtur: vt sunt defectꝰ luminariũ ꝛ terremotus ꝛ monstruosi animãtiũ partus ꝛ his similia: quoꝝ nihil fit sine voluntate dei: ꝫ pleriscꝫ nõ apparet. Jdeocꝫ placuit vanitati pꝬoꝝ etiã causis alijs ea attribuere: cũ oino videre nõ possent superiorẽ ceteris oibus cãm. i. volũtatẽ dei. Itacꝫ nõ nisi dei volũtas cã prima ẽ sanitatis: egritudinis: pmioꝝ atcꝫ penaꝝ: gratiaꝝ ꝛ retributionuz. Hec g̃ sola ẽ vñ ortũ ẽ qcqd ẽ: ꝛ ipsa nõ ẽ orta ꝫ eterna.

¶Quibus modis accipit dei volũtas.

HIc non est ptereundũ nobis q sacra scriptura de volũtate dei varijs modis loq ꝓsueuit: ꝛ tamẽ nõ est dei voluntas diuersa: ꝫ locutio diuersa est de voluntate: qr nomine volũtatis diuersa accipit. Nã volũtas dei vere ac ꝓprie dicit que in ipso est ꝛ ipsius essentia est: ꝛ hec vna ẽ: nec mltiplicitatẽ recipit: nec mutabilitatẽ: que inexplera esse nõ põt: de qua ꝓpheta ait. Oia q̃cũcꝫ voluit dns fecit. Et aplus. Volũtati eiꝰ qs resistet. Et alibi. Ut ꝓbetis q̃ sit voluntas dei bona ꝛ bñplacẽs ꝛ pfecta. Et hec volũtas recte appellat bñplacitũ dei siue dispõ.

¶Or ꝑm figurã dicit volũtas dei ꝓceptio: phibitio: cõsiliũ: pmissio: opatio: ꝛ ideo pluraliter dicit scriptura voluntates.

ALiquãdo ꝙo ꝑm quãdã figurã dicẽdi voluntas dei vocat: qd ꝑm ꝓprietatem nõ est voluntas eius vt precꝑptio: phibitio: ꝙsiliũ: necnõ pmissio: ꝛ operatio. Jdeocꝫ pluraliter aliquando scriptura voluntates dei ꝓnũciat. Unde ꝓpheta. Magna opera dñi exquisita in omnes volũtates eiꝰ: cũ nõ sit nisi vna volũtas dei q̃ ipse est:

pluraliʒ tamen dicit voluntates: quia volũtas dei variis modis ac pro diuersis accipit: vt dictũ est. Ira etiã idez ppha ꝓpter multos effectus misericordie: et iusticie pluraliʒ dicit. Misericordias dñi in eternũ cãtabo. Et alibi. Justicie dñi recte letificantes corda: cũ tñ in deo vna sit misericordia: vna iusticia: et vna eadẽqꝫ sit misericordia q̃ iusticia. s. diua vsia.

¶ Quare preceptio et prohibitio et consilium dicantur dei voluntas.

Hec aũt ꝑceptio et ꝓhibitio atqꝫ cõsiliũ cũ sint tria: dr tamẽ vnũqꝺqꝫ eorum dei voluntas: qz ista sunt signa diue volũtatis: quẽadmodũ et signa ire dñi ire: et dilectõis signa dilectio appellant: et dr iratus deus: et tñ nõ est ira in eo aliqua: ꝫ signa tm̃ q̃ foris sunt: qbus irat⁹ ostendit: ira ipsi⁹ nominat: et est figura dicendi: ꝑm quã nõ est falsuz qꝺ dr: sed verũ qꝺ dr sub tropi nubilo obumbrat. Et ꝑm hos tropos diuerse volũtates dei dñr: qz diuersa sunt illa q̃ ptropum volũtas dei dicũtur.

¶ Ubi volũtas dei ꝑ ꝑcepto et ꝯsilio accipiat.

Pro ꝑcepto dei atqꝫ ꝯsilio põt accipi volũtas: vt ibi. Fiat voluntas tua sicut in celo et i terra. Et alibi. Qui facit volũtatẽ pris mei q̃ i celis est: ipe frater me⁹ et soror et mater est. Et ꝯ hãc volũtatẽ multa fiunt. Uñ Aug. in lib. de spũ et lra. Infideles: iquit cõtra volũtatez dei faciũt: cũ eius euãgelio nõ credũt.

¶ Qz de⁹ nõ vult ab hoib⁹ fieri oia q̃ ꝑcepit vl nõ fieri que prohibet.

Et si illa tria dñr dei voluntas ideo: qz signa sunt diue volũtatis: nõ ẽ tamẽ itelligẽdum deũ omne illud fieri velle qꝺ cuicũqꝫ ꝑcepit: vel nõ fieri qꝺ ꝓhibuit. Precepit. n. abrae imolare filiũ: nec tñ voluit: nec iõ precepit vt id fieret: sed vt abrae ꝓbaret fides. Et in euangelio ꝑcepit sanato ne cui diceret: ille aũt ꝑdicauit vbiqꝫ itelligens deuz nõ ideo ꝓhibuisse quin vellet opus suum ꝑdicari: ꝫ vt daret formã homini laudẽ humanam declinandi.

¶ De permissione et operatione vbi dicantur dei voluntas.

Permissio quoqꝫ dei et opatio: volũtas dei appellantur: qualiter accipit Augu. in ench. dicẽs. Non fit aliqd nisi oipotẽs fieri velit: vel sinendo vt fiat: vel ipse faciẽdo. Nec dubitãdũ est deũ facere bñ: etiã sinẽdo fieri quecũqꝫ fiũt male: nõ. n. bec nisi iusto iudicio ꝺi finit: et ꝓfecto bonũ ẽ omne qꝺ iustũ est. Ecce hic manifeste habemus dei voluntatẽ appellari ipsius opationẽ vel pmissionẽ cũ dicit nõ fieri aliqd nisi oipotens fieri velit: vbi icludit et bona et mala oia que fiunt. Ideoqꝫ apte distiguit qũo deum velle dixerit ne eadẽ rõne intelligeretur velle bona et mala subdẽs: vel sinẽdo vt fiat: hoc quãtuz ad mala dicit: vl ipse faciẽdo: hoc q̃ntũ ad bona. Mala .n. sinit fieri: ꝫ nõ facit: bona ꝝo ipe facit. Jõqꝫ dixit eũ velle: qz et volẽs mala finit: et volẽs bona operatur: et ob hoc permissio et operatio voluntas dei dicuntur.

¶ Quinqꝫ supra sunt ꝓposita que dicuntur secunduz tropum: et ideo distinguat lector vbiqꝫ pro quo eoꝝ accipiat voluntas.

Quinqꝫ ergo supra posita sunt q̃ dicũtur ꝑm tropuz dei volũtas: qz signa sunt diuie voluntatis que vna est et imutabilis. s. dei bñplacitũ. Ideoqꝫ diligenter distinguat lector vbi de volũtate ꝺi scriptura cõmemorat iuxta quẽ moduz accipi oporteat. s. ꝓ bñplacito dei: an ꝓ aliquo signorum eius. Magna. n. est adhibenda discretio in cognitione diue voluntatis: qz et beneplacitum dei est voluntas eius: et signum beneplaciti eius ꝺr voluntas eius. Sed beneplacitum eius eternum est: signũ ꝝo beneplaciti nõ. Et cõsonat rerꝫ effectibus beneplacituz ipsius: et ipsi effectus rerũ ab illo nõ discordãt. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri: et omne qꝺ non vult fieri: nequaqꝫ fit. Non ita autem est ꝺ signis: qz ꝑcepit de⁹ multis ea q̃ nõ faciũt: et ꝓhibꝫ q̃ nõ cauẽt: et ꝯsulit que nõ implent.

¶ Diuisio textus.

Postquã determiauit magister de sciẽtia et omnipotẽtia dei. Dicꝫ: determinat de volũtate ipsius. Et diuidit in partes duas. In ꝑma determinat de dei volũtate. In secũda de cõformitate voluntatis nostre ad voluntatem eius. 48. dis. ibi. (Sciẽdũ quoqꝫ est ꝛc.) ¶ Pria in duas. In prima determinat de voluntate dei qd sit et quot modis dicat. In secũda ingrit ꝺ efficacia eius. 46. dis. ibi. (Dic ortꝫ questio ꝛc.) ¶ Prima diuidit in tres. In ꝑma determinat de volũtate ꝑm ipsius quiditatem. In secũda determinat causalitatẽ eius. ibi. (Nec vtiqꝫ summe bona ꝛc.) In tertia assignat volũtatis multitudinez quãtũ ad acceptionẽ nominis. ibi. (Dic nõ est ꝓterennndum nobis ꝛc.) ¶ Prima in duas. In ꝑma ostẽdit qꝺ volũtas dei sit sua essentia. In secũda ponit obm cõtrarium et soluit. ibi. (Et ꝛz idẽ sit ꝛc.) (Doc itaqꝫ summe ꝛc.) Dic ostẽdit qꝺ volũtas dei est ꝑma causa rerꝫ. Et circa ꝫ duo facit. ¶ Primo ꝓponit intentũ. Scõo ꝓbat ꝓpositum. ibi. (Qui. n. cãm eius ꝛc.) ¶ Probat duo q̃ pertinent ad rõnẽ ꝑme cause. ¶ Primo qꝺ volũtatis dei nõ sit alia cã. Secundo qꝺ ipse sit oiuz rerꝫ cã. ibi. (Uolũtas igit dei ꝛc.) (Dic

nō est ptereundū ꝛc.) Dic oñdit q nomē volūtatis multipl'r accipiat: quānis sit tñ vna dei volūtas. Et diuidit in partes tres. In ꝑma ponit ꝑncipale significationem ꝛ ꝓpriā fm q dei volūtas dr eius beneplacitū. In secūda ponit significatōez figuratiuā fm q signū volūtatis volūtas dr. ibi. (Aliquādo vo fm quādā ꝛc.) In tertia cōparat volūtatē signi ad volūtatē beneplaciti. ibi (Oñq; igit supra posita ꝛc.) Circa secundā partē duo facit. Primo oñdit volūtatē signi multipl'r dici. Scōo ꝓsequit diuersa volūtatis signa: que voluntates dei dñr. ibi (Ideo aūt ꝑceptio ꝛc.) Et circa hoc duo facit. Primo ꝓsequit de trib⁹ signis que ptinent ad faciēdū vel nō faciendū. Scōo ꝓsequit de alys duobus que pertinent ad id qō in pñti fit. ibi (Permissio quoq; dei ꝛc.) Circa ꝑmū duo facit. Primo assignat rōnē: qre h signa volūtatis dici volūtas pñt. Scōo confirmat p auctoritatē q volūtates dicantur. ibi. (Pro precepto dei atq; cōsilio) Tertio oñdit distantiaz inter hec signa ꝛ beneplaciti voluntatē. ibi. (Et si illa tria ꝛc.)

¶ Questio. I.

Hic quattuor querunt. Primo vtr in deo sit volūtas. Secundo vtr volūtas sit ipsius tñ obi vel etiā alior. Tertio vtr voluntas sua sit causa eorum que fiunt. Quarto de diuisione volūtatis eius in volūtatē signi ꝛ beneplaciti.

¶ Utrum in deo sit voluntas. I.

Ad primum sic ꝓcedit: vr q voluntas deo nō conueniat. voluntas. n. appetitus qdē est: sz ois appetitus est impfecti. vñ etiā in ꝑmo phy. dr q mā appetit formā. g cū in deo nulla sit impfectio vr q nec volūtas. ¶ P. act⁹ volūtatis est tēdere in finē q est ei⁹ obz: sz ei qō est finis vltimus nō cōpetit tēdere in finē. g cum de⁹ sit finis oīum vr q sibi volūtas nō cōpetat. ¶ P. fz phm in 3° de aīa: volūtas est mouēs motū: qz mouet volito: sz fm Boe. de⁹ īmobilis manēs dat cuncta moueri. vñ et i. 9. metaph. dr q mouet sic desideratū: ois desideratū aūt nō motū mouet desideriū. g vr q volūtas sibi nō cōpetat. ¶ P. fm phm in 3° de aīa: ꝛ etiā fm Dama. voluntas est in rōne: sz rō nomiat obūbratā cognitionē: qz ozit in ymbra itelligētie: vt dicit isaac i lib. diffōnū. qualis cognitio deo nō cōpetit. g vr q nec volūtas.

In contrariuz sunt plurime auctes canonis ꝛ sanctoz q et in lra iducuntur.

¶ P. fm illud supꝑmū qō est in nobis maxime deo conformamur: sz supremū in nobis: vr volūtas esse q ē motor aliaz vtutū fz Ans. ꝛ etiā ē liberrimū in nā nra. g vr q volūtas maxime deo sit attribuēda. ¶ P. oēs g deuz cōfitent eū felicissimū ponūt: sz felicitas fine delectatione esse nō pōt: vt in ꝑmo ethico. dr. g in deo ē summa delectatio: sed delectatio nō pōt esse sine cōcupiscentia vel volūtate: qz delectatio cōsistit in quadā voluntatis complacētia. g vr q volūtas in deo sit.

Respondeo dōm: q in omni nā vbi iuenit cognitio iuenit et voluntas ꝛ delectatio. Cui⁹ rō est: qz omne qō hz virtutē cognoscitiuā pōt diiudicare cōueniēs ꝛ repugnās: ꝛ qō apprehendit vt conueniēs opz eē volitū vel appetitū. Et iō in nobis fm duplicem cognitōez sensus ꝛ itellectus est duplex appetitiua. vna que sequit apprehēsionē itellectus que volūtas dr. alia que sequit apprehēsionē sensus que diuidit in irascibilē ꝛ concupiscibilē. Uñ cū i deo: vt supra oñsum ē sit itellectualis cognitio: opz q in eo etiā sit volūtas ꝛ delectatio fm q vna ꝛ simplici operatiōe deus gaudet: vt in 7° ethico. dicit phs. In omni enim natura cognoscēte operatio perfecta ꝛ naturalis delectabilis est.

Ad primum g dōz: q quānis in deo dicat eē volūtas: nō tñ cōcedit ibi esse appetitus: qz fm Augu. appetitus ꝓprie est rei nō habite. Deus aūt totū suū bonū in se hz. vñ nec etiā in nobis ꝓprie volūtas appetitus est: qñ volito iūcta est: sz amor est rei iā habite fm Augu. ¶ Et p hoc ēt pz rñsio ad 2ᵐ: qz tēdere in finē accidit volūtati fz q est distās a fine: sz opatiōez habere circa finē hoc est voluntati eēntiale: ꝛ h ꝑcipue deo cōuenit q se amat ꝛ in se delectat. ¶ Ad 3ᵐ dōm: q volūtas nō mouet nisi a fine: finis aūt volūtatis diuie ē ipsa sua bonitas que est idē qō volūtas fm rem. ꝛ iō nō sequitur q deus sit mouēs motū ꝓprie loquēdo: qz omne mouens est aliud a moto: sz forte ꝓpter hoc plō posuit q primū mouēs seipsuz mouet iquātū cognoscit se ꝛ amat se: vt in. 8. phy. dicit Cōmē. ꝛ h nō nisi metaᶜᶜ dr. Sicut etiā dr q finis mouet. ¶ Ad 4ᵐ dōm: q fm gradū cognitionis etiā est gradus vtutis appetitiue. quantū. n. rō supat sensuz: tñ volūtas ratiōis supat appetitū sensus: ꝛ quāto itellectus dīnus supat rōnē nram: tāto voluntas eius superat volūtatē nram: ꝛ h ꝓ rōnez cōcludebat: q deo nō conueniat volūtas ad modū volūtatis nre: ꝛ tamē sicut rō nra vocat itellectus: ꝛ itellectus dīnus vocat rō: vt pz in 7°. cap. de di. no. ꝓpter conueniētiā in īmālitate: ita ꝛ volūtas cōmuni nomine vtrobiq; dicitur.

¶ Utrum volūtas dei sit tñ sui ipsius. II.

Ad secundum sic ꝓcedit: vr q volūtas dei non sit nisi sui ipsi⁹: qz fm ph hz volūtas est finis. electio aūt eoz q̄ sunt ad finez: vt dr in 3° ethico. sz nihil aliud est finis sue operatiōis nisi ipse. g volūtas sua est tñ sui ipsius. ¶ P. volūtas mouet a volito: sz nihil pōt esse mouēs volūtatē diuinā nisi ipse. g volūtas sua est tñ sui ipsius. ¶ P. cuiuslibz volūtas est ei⁹ qō est bonū sibi: sz omne qō est bonū alicui dr ad eū vt illud sit vel nō sit: cū igit de nullo creato dr ad ipsuz vtrū sit vel nō sit: eo q bono eoz nror nō eget: sz totū bonum in se hz: vr q volūtas sua ad ea que sunt extra eū nō se extendat. ¶ P. ea que sunt ad finē nō queruntur nisi ꝓpter finez. ergo habito fine nō est vlterius volūtas eoz q̄ sunt ad finē: sz oīum creaturaruz finis est diuina bonitas que in ipso deo ab eterno est. ergo videt q ad ea que sunt extra ipsum voluntas eius nō se extendat.

Sed contra amor cōsistit in actu volūtatis: sz deo dr Sap. xi. q diligit oia q̄ sunt ꝛ nihil odit eoz que fecit. g volūtas ei⁹ est etiā creatorū ab eo. ¶ P. sicut se hz scia dei ad veritatē: ita se hz voluntas eius ad bonū: sz sciētia eius est omniū verorum. ergo ꝛ voluntas eius est omnium bonorum.

Respondeo dōm: q sicut de⁹ cognoscēdo essentiā suā cognoscit oia q̄ sunt ab eo iquātū sunt similitudo qdā veritatis ei⁹: ita etiaz volēdo vel amādo eēntiā suā vult oia q̄ sunt ab eo iquātum habēt similitudinē bonitatis eius. vñ id qō est volitū ꝑmo ab eo est bonitas sua tñ. Alia vo vult in ordine ad bonitatem suā: nō aūt h mō vt p ea aliqd bonitatis acquirat: sicut nos facimus circa alios bene operādo: ita q eis de bonitate sua aliqd largiat. ꝛ ideo liberalitas est quasi ꝓprium ipsius fm Auicē. qz ex operatiōe sua nō intendit aliquod sibi cōmodum peruenire: sz vult bonitatē suam in alios diffundere. ꝛ ideo Augu. dicit q ipse vtit nobis ad bonitatem suam ꝛ vtilitatem nostram.

Ad primuz g dōm: q in obo alicui⁹ potētie ē duo cōsiderare. s. illud qō est māle: ꝛ illud qō formal'r cōplet rōnem obi. sicut pz in visu: qz color est

visibile in potētia ⁊ nō efficit visibile in actu nisi p actū lucis. Sil'r dico q illud qō formal'r cōplet rōnem voliti est finis: ex quo est rō boni: ⁊ hoc itelligit ꝓbs cū dicit q volūtas est finis: ſz ea q̄ sunt ad finē se habēt māliter ad obm volūtatis: vt. ſ. sint volita p ordinē finis sicut color vī p actū lucis. ¶ Ad 2m dōz: q illud qō est volitū sicut finis est mouēs volūtatē ⁊ pficiens cā: ⁊ sic nihil mouet volūtatē dīnā nisi de⁹: ſz illud qō est ordinatū ad finez ē volitū ab eo sicut effectū a volūtate ⁊ motū ab ea: sicut pz in volūtate artificis q̄ est p̄n'm opationū ordinatax in finē. ¶ Ad 3m dōm: q volūtas dei nō est nisi ei⁹ qō ē suū bonū: ſz tñ nō codē mō sicut in voluntate nr̄a q̄ vult bonū suū: quo. ſ. pficit sicut fine: vel p qō finē ꝓsequit: ſz volūtas dīna vult bonū suū qō est ipsa: ⁊ qō ab ea est ⁊ nō p qō iuuat. ⁊ ideo referr̄ ad ipsū⁹ pfectionē vtx volituz ab eo sit vel nō sit. ¶ Ad 4m dōm: q de⁹ nō ordinat creaturas i finē bonitatis sue: q̄si p eas bonitatē suā assequat̄: vt ipse creature dīna opōne silitudinē aliq̄s dīne bonitatis acgrāt: qō eē nō possz nisi eo volēte ⁊ faciēte.

¶ Utx voluntas dei sit causa rerum. III.

AD tertiuz sic ꝓcedit: vī q volūtati dīne nō sit ascribēda rex causalitas. volūtas. n. dei est tñ bonox: sed oīum bonox sufficiēs cā est scia ipsius. g̃ nō opz volūtatē dei cām rex ponere. ¶ ℙ. ds nō est cā rex nisi p suā opationē: sed esse p̄n'm opōnis pti net ad cām rōne potētie. g̃ potētia poti⁹ dicēda est cā rerum q̄s volūtas. ¶ ℙ. a cā ꝓtingēte nūquā pōt esse effectus necīus: ſz volūtas est causa ꝓtingēs: qz ad vtrūlibet se hz. g̃ nō pōt esse cā neciox: cuz igit in mūdo sint multa necia vt oia icorruptibilia: vī q nō oīum cā sit volūtas. ¶ ℙ. exīte causa sufficiēte alicui⁹ rei supflue addunt̄ ad eādē rē alie cāe. si g̃ volūtas dei sufficiēs causa reruz est. īsufficiēs. n. nō pōt eē: vī q oēs cause nāles superfluāt: ⁊ oēs potētie aie ⁊ oēs habitus īfusi: qō friuolū est. ¶ ℙ. ex causa sufficiēti pōt aliqd demōstrari. si g̃ volūtas dei sufficiēs est causa oīum: vī q b̄ sit sufficiens demōstratio ad oia: q̄re b̄ est qz de⁹ voluit: ⁊ sic facile eēt oia scire: ⁊ su peruacua eēnt sanctox ⁊ ꝓbox studia: q ad assignandas diuinorum operationū rationes multipliciter laborauerunt: quod stultum est dicere.

Sed contra ſm ꝓbm in. 6. metaꝓh. oīuz artificiatox p̄n'm est voluntas artificis: ſz ea q̄ sunt ꝓcedūt a deo sicut artificiata ab artifice: vt a scīs ⁊ ꝓbis tradit̄. g̃ oīuz q̄ sunt cā est dei voluntas. ¶ ℙ. Dio. dicit in 4.° ca. de di. no. amor trahit supiora in ꝓuisionez minus habētiuz: ſz omnia que sunt ꝓuisione dīna in esse ꝓdierunt: cū igit amor in actu voluntatis cōsistat: videt̄ q p̄ncipiū oīum rex sit diuina voluntas.

Respondeo dōm: q op⁹ determinatū nō ꝓgredi tur nisi a determiato agēte: ⁊ ide est q illud qō est tñ in potētia nō agit: qz se hz idetermiate ad multa: ſz forma q̄ ē terminās potētiā māe p̄n'm actiōis dī'r. ⁊ iō in oīb⁹ quox potētia actiua determiata ē ad vnū effectū: nihil regrit ex pte agētis ad agēdū supra potētiaz cōpletā: dūmō nō sit ipeditū ex defectu recipientis ad b̄ q sequat̄ effect⁹. sicut pz in oīb⁹ agētibus ex necessitate nāe. potētia aūt dei cū sit īfinita nō magis determinat̄ ad hoc q̄z ad illud: nec ex pte māe: qz opus ei⁹ determinationē recipe pōt: qz ipe et mām ⁊ formā ꝓducit. vñ oz q supra rōnē potētie sit aliqd aliud: p qō op⁹ determiet̄. b̄ aūt fit p sciam q̄. ꝓpriā rōnem rei cognoscit. Sz qz scia se hz ad opposita. est. n. ⁊ bonox ⁊ malox. ideo opz aliquid adhuc addere in quo pficiat̄ ratio cause. ⁊ hoc est voluntas que determiate accipit ynū ex duob⁹ que scit vl' que pōt. Uñ pfecta rō causalitatis in his q̄ nō agūt ex necessitate nāe īuenit̄ ꝓmo in volūtate: vt dicit ꝓbs i. 9. metaᶜᶜ. ⁊ b̄ cōuenit voluntati iquātū obm ei⁹ est finis q est causa causax: ⁊ a quo sumit̄ determiatio opis: vt pz ex 2° phy. ⁊ iō volūtati dīne ascribit̄ causalitas rerum.

Ad primuz g̃ dōz: q in scia nō pficit̄ rō causalitatis: vt dcm̄ est nisi adiūcta volūtate: iō volūtas potius dr̄ causa q̄z scīa. ¶ Ad 2m dōz: q volūtas est p̄nm opatiōis vt ꝓmū imperās op⁹: ſz potētia i his que agūt p volūtatē est p̄nm opis vt exequēs: ⁊ in hoc ꝓsistit rō potētie vt sit ꝓximū p̄nm opis ⁊ nō ꝓmū: ⁊ sic volūtas dei potius dr̄ cā rex q̄z potētia. ¶ Ad 3m dōm: q volūtas dīna libtatē hz: ⁊ ex hoc ꝓuenit sibi q sit ad vtrūlibet: ſz sup b̄ hz īmutabilitatē vt ei qō vult īmobil'r adhereat: ex quo illud vite ponit̄: ⁊ hāc īmobilitatē imitātur ea q̄ sunt nēcia in entib⁹: q̄z uis nō ipsaz adequēt: ⁊ ꝓpter b̄ nō est dōm q sit cā ꝓtingēs: qz ꝓtingētia mutabilitatē ꝓportāt. ¶ Ad 4m dōm: q cālitas dīne volūtatis nō excludit oēs cās ꝓximas rex: nec b̄ est ex īsufficiētia volūtatis: sed ex ordine sapie ei⁹: q̄ effectus mediātibus alys causis ꝓuenire dispositit: vt sic ēt cāndi dignitas creaturis cōicaret̄. ¶ Ad 5m dōm: q demōratio q̄ facit scīam de re sumit̄ ex causis ꝓximis rei. ⁊ iō opz ad scīam reruz habēdā nobis alias ratōes q̄rere: ⁊ pōt volūtatē eius que ē causa p̄ma rex ⁊ cōis: ⁊ p̄cipue cū volūtatē eius nō plene cognoscamus: vt in ea ꝓpriaz rei rōnem videamus: sicut ipse videt qui in se omnia cognoscit.

¶ Utx volūtas dei distinguat̄ in volūtatē beneplaciti ⁊ voluntatem signi. IIII.

AD quartum sic ꝓcedit: vī q distinctio volūtatis in lr̄a posita sit incōpetēs. sicut. n. voluntas dei se hz ad pl'a: ita ⁊ scīa ei⁹: ſz scie nō assignant̄ diuersa signa. g̃ vī q nec volūtati assignari debeāt: cū ēt vtrūq; occultū sit equaliter. ¶ ℙ. omne signū cui nō respōdet signatū est signū falsum: ſz istis signis volūtatis q̄ in lr̄a ponunt̄ q̄ñq; non rñdet signatū: qz ꝓmittit mala q̄ nō vult: ⁊ ꝓcipit etiā bona q̄ non vult fieri: vt in lr̄a dr̄. g̃ vī q sint falsa signa: ⁊ ita p signis assignari nō debeant. ¶ ℙ. sicut īuenit̄ bonū ⁊ meli⁹ ita īuenit̄ malū ⁊ pei⁹: vt veniale ⁊ mortale: ſz respectu hox duox fiendox est tñ vnū signū. ſ. ꝓhibitio. g̃ vī q etiā bonox eē debeat vnuz tñ signū ⁊ nō duo. ſ. ꝓceptū ⁊ ꝓsiliū. ¶ ℙ. obm voluntatis est bonū: ſz malū fieri nō est bonū: vt infra dicet̄. g̃ respectu bui⁹ nullū signū vocis dīne dz eē: ⁊ ita ꝓmissio superfluit. ¶ ℙ. sicut signa volūtatis respiciūt diuersa: ita ⁊ volūtas bn̄placiti ē diuersox. si g̃ assignātur diuersa signa volūtatis pp diuersitatē eox vī q ēt volūtas bn̄placiti multiplicari debeat: aut si nec b̄ nec illud.

Respondeo dōm: q de deo quedā dicunt̄ ꝓprie ⁊ quedā metaᶜᶜ: ea que ꝓprie de ipo dicunt̄ vē in eo sunt: ſz ea q̄ metaphoᶜᶜ dicunt̄: dicunt̄ de eo p silitudinē ꝓportiōabilitatis ad effectū aliquē: sicut dr̄ ignis deutero. 4. eo q sicut ignis se hz ad ꝓsumptionē ꝛry: ita de⁹ ad ꝓsumēdū negtiā. vñ ipsuz esse destruētem negtiā est ipsuz esse ignē: ⁊ ipsa ꝓsumptio actiua est ignei tas eius: ⁊ p modū istū ipsa punitio dr̄ ira ei⁹: ⁊ qz effect⁹ est signuz cāe ideo ea ſm q̄ attēdit̄ similitudo vel ire vel alicui⁹ alteri⁹ dr̄ esse signa. vñ punitio dr̄ signū ire eius. Sed dico q de⁹ pōt dici velle aliquid dupliciter vel ꝓprie: ⁊ sic dr̄ velle illud cui⁹ volūtas vere in eo est: ⁊ qō sibi complet: ⁊ hec est voluntas beneplaciti. Dicit̄ etiā aliquid velle metaᶜᶜ: eo q ad modū volentis se hz inquantum p̄cipit vl' cōsulit: vel aliquid hō facit. vñ ea in qbus attendit̄ silitudo ipsi⁹ rei ad volūtatē dei; voluntates ei⁹

